ACTUARIUM PRACTICAE CRIMINALIS. AUCTORE IO. BAPTISTA...

Giovanni Battista Cavallini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 A
39

13-6.E.4

Digitized by Google

P
11
17.

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTVARIVM PRACTICÆ CRIMINALIS.

AVCTORE IO. BAPTISTA CABALLINO,

NOTARIO, ET CAVSIDICO Mediolanenſi.

IN QVO TELAM IVDICIARIAM fori Criminalis exorditur, additis ipſiſmet tum ſtatutis, tum Nou. Conſtitutionibus, ad quaſq; materias cruce ✠ notatis.



MEDIOLANI,
Apud Io. Baptiſtam Bidellum. M. DC. XVI.

De conſenſu Superiorum.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Imprimatur

Fr. Deſid. Inquiſit. Generalis Mediolanſ.

Io. Paulus de Clericis Can. Dep. pro Illuſtriſs. D. Archiepiſcopo.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google

RI

ILL. D.

IO. PAVLO ARESIO

E Collegio Iuriſconſultor. Mediolani.

Io. Baptiſta Bidellus S. P. D.

REOS, *& agendi, & defendendi hæc ratio eſt, quæ quaſi Achillis haſta & ferire poteſt, & ſanare, opus & accuſatori vtile, & patrono; & metuendum errantibus, & tuentibus deſiderandum: nam ſi qua intulere vulnera delatores, hic medicamenta non deerunt; ſi qua vulnera aut iudicum negligentia, aut defenſorum verſutia coierunt, hic modus eſt, quo refricata*

recrudeſcăt. Vnum animaduerti ſcelus, quod Caballinus neq; accuſare docet, neq; defendere, quod & excuſatione careat, & in eo crimine non homines modo, ſed ipſa etiam natura ſine arte, ſine præceptis exclamare videatur, idq́; ingrati animi vitium eſt. Quare ne in id malefactũ inciderem, quod tueri nullo modo poſſem, tibi (cui me, cæteroſq; homines tantum debere cogit, & comitas, & humanitas, & virtutum omnium præſtantia, quantum difficile eſt perſoluere) opuſculum hoc dono, dicoq; & meæ ſignum obſeruantiæ, & teſtem voluntatis diù, vt ſpero, de tuis laudibus apud poſteros locuturum. Vale, & patriæ, mihiq; & diù, & fæliciter viue. Dat. prid. Idus Mart. MDCXVI.

Digitized by Google

AVTHOR PIO LECTORI, & Procuratoribus.

HOC Actuarium praxis Criminalis ad Reipub.vtilitatem edidi,quod ſpero fore iucundum, & vtile legentibus non ob eminentem doctrinam ,aut elegantiam ſtyli, ſed ob ipſam ſimplicitatem rei, ex qua telam iudiciariam abſolutam, perfectamq; traditam inuenietis,comprobatā tum legibus, tum No.Conſt. tum ſtatutis, quorum verba ad litteram ſub ſuis materijs addidimus, quo magis, atque magis animus veſter acquieſceret, & ſubleuaremini onere recurrendi ad ipſa volumina cum res poſtulaſſet. Nollem tamen arbitraremini me voluiſſe atteſtari de obſeruantia, vel ſtylo eiuſdem praxis, aut deſuetudine huiuſmodi legum, quia id à me alienū penitus fuit, inſtituti mei fuit relinquere omnia iudicio iudicare debentis, & melius ſentientis,ſcio tamē me nil ſcripſiſſe,quæ vel iure,vel conſuetudine, aut moribus non ſit receptum, recipiuè non debeat. Supereſt, vt quemadmodum reliqua mea opera huc vſq; in lucem data, cara habuiſtis (quod veſtræ tribuo humanitat) hunc etiam fortè extremum laborē animo beneuolo, & hillari fronte accipiatis, & ametis. Valete.

IN LIBROS IO. BAPTIS. CABALLINI, Bernardini Baldini carmen.

QVI ſua pupillis ſeruat patrimonia, læſæ
Et turbæ populo indice rectus homo eſt;
Qui capitis nos arte docet vitare pericla,
Nominibus gratum commeditatur opus.
Scripta Caballini populo vulgata, probantur,
Suntquè recepta, quibus lege tuetur opes.
Ars noua, ſed ſuperum numen teſtatur adeſſe
Illi, qua tegitur vita caduca rei.

ÆMILII FILII CAESARIS GVIDII Collegæ Authoris Hexaſticon.

DIſcere qui breuiter cupiūt, quo crimina iure
Plectantur, videant quæ liber iſte docet.
Multa Caballinus iuris, legumquè peritus
Opportuna reis, cauſidiciſquè notat.
Non ſunt hi luſus muſarum. Seria tractat
Iſte liber, cui, res, vitaquè noſtra ſubeſt.

ALEXANDRI EX CAPITANEIS DE Vicomercato in opera Caballini collegæ.

PActa doces, vitare fori certamina cuncta;
Se, ſua, reſquè omneis vt teneatur homo.

RVBRI-

RVBRICA.

A

ABiegatus crimen qualiter,& quando committatur. fol.80
Ambitus crimen quando committatur. 41
Actus examinis rei quomodo concipiatur. 158
Actus repetitionis confrontationis,& recognitionis,qui ſit inter reum,& teſtes. 166
Actus rei in tortura ad diffinitiuam. 201
Accuſare,qui poſſint,& non. 189
Adulterij pœna de iure communi,& ex forma ſtatutorum. 1
Adulterij accuſandi quibus competat. 1
Annonæ crimen quando committatur. 18
Arborum furtim cæſarum. 103
Annus an apponendus in querela, & in inquiſitione. 120

B

BAnnito citato pro alio delicto, qualiter ſuccurratur.fol.164. verſic. aliquando.

Digitized by Google

Bannum de maleficio. 130
Bannitorum receptatores, quas pœnas incurrant. 84
Bona delinquẽtium quibus in caſibus generaliter, & ſpecialiter debet confiſcari. 136.& ſeq.
Bannito detento, quid agendum. 198
Blaſphemia. 27
Bonorum raptorum crimen. 103

C

CAptura quando ſit decernenda, vbi habes multa notabilia, circa eam materiam, ac carcerem, & effractores carcerum, & ipſos carceratos. fol. 111. *vſque ad* 116.
Caſus, quibus poteſt procedi ex officio. 2
Caſus, in quibus quis poteſt comparere pro accuſato. 127
Comparitio qua petitur tolli captura. 111
Comparitio excuſatoria, & præuentoria, & quid operetur. 128
Condemnato pecunialiter, vel alternatiuè non valente ſoluere, quid agendum.
Collaudator fideiuſſoris. 165
Conſules quæ delicta teneantur denunciare. 5

D

DElictorum alia publica, alia priuata. 1.
Differentia inter ipſa delicta publica, & priuata. 2

Damni dati, & eius materiæ. 85. *vſq; ad* 93.
De delicto, & delinquente prius conſtare debet, antequàm procedatur, & quomodo, ac qualiter conſtare debeat. cap. 3. 13
Dies an apponendus in querela, & inquiſitione.

E

Effractores carcerum, qua pœna puniantur. fol. 116
Expenſarum habenda ratio: 212

F

Formula querelæ. 118
Fuga è carceribus, quid operetur. 115
Falſi crimen quot modis, & per quos, & quando committatur. 45. *vſque ad* 52.
Furtum, & eius materia. 75. *vbi habes Nou. Conſtitut. & ſtatuta de furibus, & ſcacco, & robaria.*
Formula fideiuſſionis relaxatoriæ. 163
Fideiuſſores qualiter ſibi conſulant. 197
Formula collaudationis fideiuſſionis. 164
Formulæ præceptorum, quæ tranſmittuntur teſtibus ad perbiben. teſtimon. fol. 14. *Item fideiuſſ. ad conſignan. reos.* 197

G

Gradus torturæ quot. 160. *verſ. Hinc gradus torturæ.* 160
Gradus tres indiciorum. 123. *verſ. & ad formam.*

Ho-

H

HOmicidium quot modis committatur, & duplex ſcilicet in rixa, & cum qualitate, vbi multa, vbi habes Nou. Conſtit. & ſtatuta 30. vſque ad 33.

I

INdicia, quæ ad for. inq. generalem, & ſpet. ac ad capturam. 183. verſ. & Dominus.
Iniuria. 95
Iudicium criminale, quale. 1
Inueſtigando de delictis quid ſciendum. 22. verſic. at.
Iudices non debent procedere contra aliquem niſi conſtito de delicto, & delinquente. 10
Inquiſitionis materia. 119
Inſt. cauſæ criminalis eſt biennij. 184

L

LOcus eſt apponendus in inquiſitione, ſed fallit in aliquibus. 118
Ludus reprobatus, qualis. 50 verſ. de iure.
Læſæ Maieſt. crimen quando, & per quem, & in quos. 23
Libelli famoſi actio, quando, & contra quos detur. 102

Mulier

Digitized by Google

M

MVlier committens adulterium, qua pœna puniatur. 1

Mulctæ contra teſtes formula, & quid agendum ea ſequuta. 15. vbi apoſtillam ſic leges l. qui abſenti. ff. de acq. vel omitt. poſſ.

Miſerabilibus eſt danda copia ſcripturarum gratis, & defenſor. 181. verſic. non ignorandum.

N

NOmen, & cognomen querelantis, & querelati eſt apponen. in querela, & inquiſitione, & quando omiſſum non vitiat. fol. 9. Cap. 2.

Notarij quid facere debeant in examinandis teſtibus ad offenſam. 18. & in expletione proceſſuum. 179. ac in rogitu actus proteſt. habendi teſtes repetitis. 167. verſ. reus autem.

O

OFficium Notarij in examinandis teſtibus, quale. 18. verſic. qui teſtes.

Officium iudicis in perquirendo de delictis, quale. 12. cap. 3. Item in examinando reo. 157. verſ. conſtituto reo. Item in torquendo reo. 159

Oppoſitiones quæ poſſint opponi per reum in prima comparitione. 149. & ſeq.

Par-

Digitized by Google

P

PArricidium per quos, & quando dicatur committi. 31
Perſonæ, quæ accuſare poſſunt in materia adulterij. 1
Perſonæ, quæ cogi non poſſint ad teſtificandum in criminalibus. 21. verſ. ſunt tamen nonnulli.
Plagiarij crimen quando committatur. 79
Perſonæ, quæ torqueri non poſſunt. 162. verſ. ad ſunt tamen.
Proteſtatio habendi teſtes pro repetitis à quo facienda. 166. verſ. Reus autem.
Perhemptoria citatio. 132
Publicatio proceſſus offenſiui. 181. Item defenſiui. 196
Proteſtatio quæ fit in actis per querelantem, & quid operetur. 179
Partes in tranſigendo ſuper crimine, debent cautè ſe habere. 178. verſ. & hic caderet.
Prohibentes executiones, ſiue reales, ſiue perſonales, quas pœnas incurrant, vide materiam capturæ.
Pœnarum varia genera. 203

Q

QValiter Iudex habeat procedere, & patronus occurrere clientulo. 105. & ſeq.
Quid agendum reo comparente, vel capto. 148

Quid

Digitized by Google

Quid agendum ſequuta condemnatione. 139
Quid agen. facta reſponſione à reo. 162
Quid agendum reo, ſi videt per querel. productos falſos teſtes. 190. *verſ. alia etiam pars.*

R

Reſponſio inquiſitioni. 153
Reſponſione facta à reo, eſt ad vlteriora pro ceden. & qualiter. 163
Relaxatoria ordinatio. 162. 163. 164. *vbi habes caſus, quibus poteſt, & non, reus dimitti fideiuſſori.*
Repetitio teſtium. 166. *verſic. Quotieſcunque igitur.*
Recognitionis actus. 168
Repetundarum crimen quando, & per quem dica tur committi. 41
Reus quomodo ſe habere debeat in ſuis reſponſionibus. 156. *verſ. conſtituto reo.*
Reus habita copia proceſſus, quas conſueuit opponere exceptiones. p. 2. cap. 1. 188
Rei quando reuocentur ad carceres tempore diffinitiuæ. 197. *verſic. facta iſta publicatione.* 197.
Reus torquetur tum fune, tum igni ad diffinitiuam. 201. *verſ. de executione ſententiæ.*
Reus quando ſit condemnandus in expen. 213

Sen-

S

SEntentia diffinitiua in contumaciam. 133. vbi multa.

Sodomiæ crimen nephandiſſimum, & de ſodomitarum pœnis. 59. verſ. & proſequendo hanc materiam carnis. 59

Saluus conductus duplex, & per quem poſſit concedi. 156. verſ. aliquando, & verſ. aliud eſt.

Sequuta ſententia in abſentem, quid agendum, & quid in præſentem. 140

T

TEſtes qualiter citandi, examinandi, & quando torquendi, & qui non poſſint cogi ad teſtifican. & minus torqueri, declaratur à verſ. conſtituto de delicto. 16. vſque ad fol. 22. vbi habes multa notabilia ſitu digna, & fo. 170. vbi agitur de repetitione, & ſi variant, de tortura.

Teſtes non comparentes ad repetendum dictum ſuum condemnantur de falſo, & quæ cautela ſit adhibenda, vt teſtes compareant ad perhiben. teſtimonium. 171. verſic. & huiuſmodi teſtes.

Terminus ad ſubminiſtrandum, vbi habes materiam dilationum dandarum in criminalibus, & quot dari poſſint. 172. 173. vbi incidenter, aut horum piè inuehit in actores, & reos.

Torturæ teſtium. 19. verſic. ſecundum inconueniens. Item reorum. 159. 201

Vis

Digitized by Google

V

V*Is publicæ crimen multimodè committitur, vbi habes & Nou. Conſt. & ſtatuta.* 64. *vſque ad* 72.

Vis priuatæ crimen per quos, & quomodo committatur. 56. *vſque ad* 65.

Viſitationes delictorum, quomodo faciendæ per actuarios, & curiam. cap. 2. 12

FINIS.

Digitized by Google

NOuarum Conſtitutionum, & Statutorum loca, & multorum notabilium non rubricauimus ob tẽporis penuriam, ea tamen inuenientur ad ſingulas materias, puta ſi vis ſcire quid diſponant Statuta, & No. Conſt. de homicidio, recurre ad materiam homicidij, vbi ea inuenies, vbi Statuta de varijs pœnis poſita ſunt, & ſic de alijs. ſatis nobis fuit digito oſtendiſſe materias principales.

Scito etiam omnia ſtatuta criminalia contineri in iſto volumine pręter duos, ſcilicet vnum, quod incipit vniuerſitas Sæprij, & alterum caſtrũ Seprium.

MVLTA flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.

Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

De modo procedendi in Criminalibus.

PRIMO ſciendum erit iudicium criminale illud dici, quod tendit ad puniendum vindictam ad commodum publicum, ſiue agatur de aliqua pœna corporali, ſiue pecuniaria tantùm fiſco applicanda, vel fiſco, & parti ſimul;

Maran. in princ. 4. tit. an ſit iud. Ciuile vel Criminale, Boſſ. & Cla. q. 1. verſ ſecūdus. Plo. in l ſi. q. C. vnde vi. nu. 298. Clarus. §. 1

Secundo delictorum alia eſſe, & dici publica, alia verò priuata. quia illorum perſequutio non negatur cuilibet de populo, etiam ſi non offenſo: horum autem, quia non admittitur regulariter quis ad illorum perſequutionem, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. Inter vero publica cõnumerari delicta læſe Maieſtatis tàm diuinæ, q̃ humanæ, homicidij, parricidii, pecculatus, ambitus, repetondarũ, annonæ, falſi, vis publicæ, vel priuatæ, atq. cuiuslibet offenſæ factæ in Deum, puta blasfemiæ, deturpationis Eccleſiarum, vel ſacrarum Imaginum, & omnis delicti, quod committitur in offenſam Principis, & adulterij de Iure communi. ex Iure verò Municipali Mediolani capit. 49. non admittitur ad accuſandum, niſi Maritus Mulieris, Mariti pater, mulieris frater, pater, & filius, & ſi mulier non habuerit Maritum, nec ſit meretrix publica, vel famoſa, non admittuntur niſi eius pater, filius, frater, patruus, & conſanguineus germanus, verba enim ſtatuti ſub rubrica de pœna Mulieris habentis Maritum committentis ſponte ſtrupum, ſiue adulterium, ſic ſonant.

Si *qua Mulier* habens Maritum, quæ non ſit Meretrix publica, vel famoſa, ſponte commiſſerit ſtrupum, ſeu adulterium, capite puniatur ad cuius criminis accuſationem, & perſequutionem non admittantur, niſi infraſcriptæ per-

Extat decretũ Sen. Exc. præcipiens In-

Digitized by Google

dicibus ſecularibus, vt præceptis pecuniarÿs coerceant cõcubinarios à ſuo concubinatu.

ſonæ maritus dictæ mulieris, mariti pater, mulieris frater, & mulieris filius, & in tali caſu nullus Iuſdicens ex officio poſſit inquirere, nec procedere etiam quantumcumquè arbitrium reperiatur eſſe conceſſum. ſi verò mulier non habens maritum, quæ non ſit meretrix publica, vel famoſa, ſponte commiſſerit ſtrupum, condemnetur in libris centum tertiolorum, ad cuius criminis accuſationem, non admittantur, niſi infraſcriptæ perſonę auus, pater, & filius, frater patruus, & conſanguineus germanus, & in tali caſu nullus iuſdicens, ex officio poſſit inquirere, nec procedere, etiam quantumcumque arbitrium reperiatur eſſe conceſſum. & Nou. Conſt. lib. 4. de pœnis ſic diſponūt mulier adulterium committens puniatur ſecundum formam Iuris Municipalis, & vbi eo iure cautum non ſit arbitrio Principis, vel Senatus punienda eſt.

No. Conſt.

Clar. §. 1.

Inter verò delicta priuata cenſentur ſequentia furtum, damnum, iniuria, arborum furtim cęſarum, & bonorum raptorum, & huiuſmodi.

Sed & in hiſce aliquando admittitur quilibet de populo, cum pœna pecuniaria Fiſco applicanda veniret; teſte Boſſio.

Tit de iniurÿs nu. 31. & ſeq.

Clar. §. 1.

Alia eſt etiam differentia inter delicta publica, & delicta priuata: nam condemnatus ex delicto publico efficitur infamis, ſecus ex delicto priuato regulariter; Itē quia in publicis delictis ſemper poteſt procedi ex officio, ideſt, ſine accuſatore, vel denuntiatore. In priuatis non regulariter, exceptis quibuſdam. Tertio loco in publicis remiſſio non tollit proceſſum, ſecus in priuatis. In quibus venit condemnatio pecuniaria tantùm, excepto abuſu armorum, niſi ſint caſus in quibus poſſit procedi ex officio, de quibus ſtatutum ſub rubrica in quibus caſibus poteſt inquiri, & procedi per officium ſic diſponit. *Vicarÿ* Domini Mediolani, & poteſtas, & eius Iudices ad Maleficia tãtum, & quilibet eorum poſſint, & debeant inquirere, cognoſcere, & procedere, & condemnare ex officio etiam ſine accuſatore, vel denuntiatore aliquo, contra Gazzaros hæreticos, ſodomitas, quoquo modo turbantes, ſeu turbare procurantes aliquo modo, vel caſu ſtatum Domini, vel Ciuitatis, & Communis Mediolani, quoſcumque præſtantes

Vide etiã declaratio nem Sena-

Digitized by Google

ſtantes conſilium, auxilium, & iuuamen rebellibus Domini, vel Communis Mediolani, Homicidas, Parricidas, Incendiarios, Veneficos, Maleficos, Violatoresque monetæ, Aſſaſſinos, & aſſaſſinari facientes, abſcindentes alicui aliquod membrum, Robatores ſtratarum, Scaccatores, Fures famoſos, Raptores virginum, vel Mulierum honeſtarum, Falſarios, tenentes carceres priuatos, facientes aliquos Redimi, tributantes aliquos, illicita Datia, vel gabellas imponentes, exigentes, vel petentes aliter, quàm Domino, vel Communi Mediolani ſit permiſſum, & contra quoſcumque, qui ſub prætextu, vel colore Datii, vel Gabellæ, vel Incantus, vel Bullettæ; vel aliter petierit, vel exigerit vltra quàm ſit conceſſum ſibi per Dominum, vel Cõmune Mediolani, & in ordinamentis Communis Mediolani reperiatur, facientes inſultum cum armis contra aliquem ad domum habitationis eius, iniuriantes dicto, vel facto aliquos coram aliquo iuſdicente, damnum dantes per inciſſionem vinearum, & gabatores arborum, & deuaſtatores domorum alienarum, receptatores furtorum, robbariarum, bannitorum de innobedientia, & de malefitio ex qua pœna ſanguinis ingeratur; Aufferrentes, ſeu conantes aufferre aliquem bannitum, vel Malefactorem, vel alium quemcumque captum à familia, qui conduceretur, vel conduci vellet per familiam, vel quaſcumque alias perſonas, vel perſonam in fortiam Communis Mediolani, vel alicuius iuſdicentis, & impedientes aliquem capi per familiam D. Poteſtatis Mediolani, vel alicuius iuſdicentis, & committentes maleficia in Broleto nouo, vel veteri Communis Mediolani, vel infra Broleti noui, & quoſcumque furantes, vel fraudantes pecuniam Communis Mediolani, vel ſcripturam, vel ſcripturas Communis Mediolani exiſtentes ad Cameram, vel alibi, & in omnibus Criminibus Notoriis, & in Miſclantiis, ad quas curreret aliquis ex Iudicibus, vel Militibus dicti Domini Mediolani, vel poteſtatis durante Miſclantia, vel ſaltem ipſo die in Ciuitate, & ipſo die, vel ſequenti in comitatu, & quòd liceat cuilibet prædictorum Vicariorum Domini, & Iudicum procedentium vt ſupra, Mittere tabellionem pro dicto infirmi recipiendo, & pro

tus diei 16 Septemb. 1546 quã do proce-dẽdum ſit non obſtante remiſſione.

vulneribus officij, & rebus Malefactoris deſcribendis, & pro dictis teſtium recipiendis. & intelligatur, homicida, qui de ſuis propriis manibus homicidium fecerit. & (ex diſpoſitione Nouarum Conſtitutionum) contra inferentes iniuriam verbo, vel facto Doctori, vel Cauſidico de Collegio ex cauſa proueniente ab exercitio muneris Doctoratus, vel patrocinii. Item contra blasfemantes, ac deturpantes ſacras imagines, ac ludentes ad Zarrum, & alios ludos prohibitos: Item in omnibus caſibus dependentibus ex proclamationibus principis, ſi dictũ fuerit poſſe procedi ex officio, ac in aliis oĩbus, q̃bus poteſt imponi pœna alternatiua, vel arbitraria Principi, vel Senatui. Nam in iſtis remiſſio non tollit proceſſum, niſi quo ad partem offenſam, vel ſi pœna pecuniaria ſit Fiſco applicanda, hic adde ſtatutum ſub rubrica de non perſe- ✠ quentibus accuſam, ſeu denuntiationem, ſic diſponens *Si in vna* cauſa, ſeu denuntiatione fuerint plures accuſati, ſeu denuntiati, cenſeatur quo ad ſtatutum de Remiſſione accuſæ, ſeu denuntiationis tantùm vna accuſa, ſeu denuntiatio: Idem ſit, ſi in vna cauſa, ſeu denuntiatione fuerint plures accuſatores, ſeu denuntiatores, quod cenſeatur eſſe tantùm vna accuſa, ſeu denuntiatio quo ad Remiſſionem vſque. In illis Maleficiis, in quibus non poteſt fieri condemnatio vltra libras quinquaginta tertiolorum communi Mediolani applicandas non poſſit vlterius per officium procedi, ſi facta fuerit pax, vel remiſſio. In remiſſione accuſę, vel denunciationis, & in cauſa, ſeu denunciatione non probata de Crimine, de quo pœna eſſet arbitraria, in perſona, velauere cenſeatur tamquam ſi eſſet crimen, ex quo non ingereretur pœna ſanguinis.

Clar q. 5. ver. ſcias etiam, & verſ. poteris.

Et cum lex dicit poſſe procedi ex officio, permittit Iudicem ſine accuſatore, vel denuntiatore procedere poſſe; ſed tunc tamen neceſſe eſt, vt præcedat aliquid, quod aperiat viam Iudici ad inquirendum, & impellat ad procedendum puta fama, vel clamor, vel querela partis; vel denunciatio officialis, ſecus proceſſus eſſet ipſo iure nullus; etiã ſi delictum fuiſſet plenè probatum. hinc habemus decretum, quod diſponit. quòd delationes Criminum per Iudices non admittantur, nec ſuper eis procedant, niſi is qui detu-

l 4. de accuſ. c. oĩb. iuſd. §. nec etiam.

Digitized by Google

detulerit nomen, & cognomen exprimat, & ſi procedatur, proceſſus ſit nullius momenti, & valoris, hoc etiam videntur innuere ſtatuta Criminalia cap. primo, de quibus infra. Ergo erectum fuit officium Fiſcalium, in qualibet iuriſdictione rerum Criminalium exercendarum, qui & vices querelā[illegible]ium, ſiue accuſatoris ſubirent, & Iudices promouerent ad procedendum, atq; fit, vt in illis delictis, in quibus certusq; relans non eſt, proceditur ad inſtantiam Fiſci, qui ſemper inſtare dicitur ſecundum Dominum Clarum. Erecta eſt etiam conſtitutio de accuſationibus, & denuntiat. in hæc diſponens *Ratione*, & vſu compertum eſt nil eſſe, per quod Populorum quieti magis conſulatur, quàm ſi prouinciæ malis hominibus purgentur, quod vt facilius per iuſdicentes fieri poſſit, & ne ob occultationem, vel ignorantiam delictorum, delicta ipſa impunita remaneant, ſancitum eſt vnamquamque villam, vel terram vnum, vel plures conſules eligere debere, & vnamquamque parochiam Antianum, vel Antianos in principio cuiuslibet anni, ſub pœna aureorum quinque Fiſco applicanda §. qui Antiani, & conſules etiam pro delictis commiſſis in capſinis ſeparatis, quæ alium conſulem non habeant, quas eo caſu ad ipſius Conſulis ſalarij ſolutionē teneri volumus pro earum portione teneantur denuntiare, & in ſcriptis dare iuſdicenti, ſub cuius iuriſdictione fuerint, omnes violentias, robarias, inuaſiones, agrorum depopulationes, aſſaſſinamenta, homicidia, raptus virginum, & mulierum, incendia, vulnera cum ſanguine, inſultus cum armis fuſtibus, vel lapidibus percuſſiones, etiam ſine ſanguine, quæ fierent committerenturue à ſolis ortu vſque ad occaſum. & hoc ſaltem in ſequenti die criminis, vel exceſſus commiſſi, ſi crimen, vel exceſſus commiſſa fuerint in loco, vbi reſidet Iudex, ſi verò in aliis locis, intra tres dies, à die criminis, vel exceſſus numerādos. §. & etiam id facere teneantur in prædictis, quæ noctis tempore commiſſa erunt, intra tamen decem dies, à die commiſſi criminis Numerandus. §. hæc omnia deferre habeant expreſſa qualitate huiuſcemodi Maleficiorum delictorum, vel criminum, ac tempore commiſſi delicti, locoque eius debitè terminato cum nominibus, & cognominibus eorum, qui

✠

Vide decretum Sen. Excel. diei 11. Aug. 1544.

Vide alias literas Octob. 1565 effectus q̃ Iudices feudatariorū procedere poſſint cōtra conſules cōe. & hoīes ſuæ iuriſdictionis, quāuis in eo loco ſint coloni, aut ſtabiles maioris magiſt.

Digitized by Google

delicta commiſiſſent, vel committi feciſſent, & eo amplius in ea delatione inſerant nomina, & cognomina teſtium, qui ipſis delictis interfuerunt, aut de eis erant quomodolibet informati. & hæc omnia ſeruare teneantur Conſules, & Antiani præmiſſi, ſiue pro huiuſcemodi delictis ſit imponẽda pœna corporis afflictiua, aut confiſcationis bonorum, ſiue pecuniaria, & ſeparatim, aut coniunctim, & ſiue hę pœnæ Fiſco Principi, ſiue communitati loci, vel alteri perſonæ in totum, vel pro parte applicentur, ſub pœna aureorum decem, in caſibus in quibus pœna corpus afficiens, vel confiſcatio bonorum imponenda ſit. In reliquis dimidię, & nihilominus intra ſimiles terminos ea delicta denuntiare teneantur ſub conſimili pœna vltra alias pœnas à ſtatutis locorum irrogatas, quas ſi Conſules, & Antiani inhabiles ad ſoluendum erunt tam teneantur communia, & incolæ locorum, ac vicini pro eis. §. Contra eos procedant iuſdicẽtes etiam ad exactionem pœnarum, qui ſi in præmiſſis negligentes fuerint, ſciant ex ære ſuo proprio ſe Fiſco damnum reſarcituros. Circa idem diſponunt ſtatuta Criminalia ſub rubrica de notificandis Maleſitijs per hæc verba *Antiani.* Cuiuslibet parochiæ ea die qua homicidium, vel ferita ſanguinolenta facta fuerit. In eorum parochiis, vel ſequenti die teneantur notificare ipſam feritam, vel homicidium coram Domino Poteſtate, vel Iudice ſuo ad Maleſitia, & hæc ſub pœna librarũ quinque tertiolorum de ſuo proprio hauere pro ſola ferita ſanguinolenta, & libras decem ter. pro ferita, ex qua moriatur homo: Item Conſules, & Officiales cuiuslibet Burgi, vel loci teneantur modo ſimili notificare feritas ſanguinolentas, & homicidia, quæ in eorum Burgis, & locis fuerint perpetrata, & hoc infra quintam diem, ſub pœna communi Burgi librarum decem tertiolorum, ſi fuerit commiſſum homicidium: & librarum quinque tertiolorum ſi fuerit ferita ſanguinolenta ex qua nõ moriatur homo, & prędicta habeant locum ſi fuerit ab ortu ſolis, vſque ad occaſum. & ſi prædicti Antiani, & Conſules fuerint negligentes in notificando vt ſupra, quòd Poteſtas, & eius Iudices deputati ad Maleficia poſſint inquirere de ipſa negligentia contra ipſos Antianos, & Conſules, & ipſos punire,

con-

condemnare, vt ſupra, & prædicta omnia, & ſingula in prędictis capitulis ſuperius deſcripta non habeant locum, ſi Miſclantia ferita, vel homicidium fieret inter foreſterios, prædictis iunge ſequentia capitula. ſ.

Quod per ordinarium Iudicem ceſſet extraord.

SI paſſus iniuriam, vel aliquis ex aſcendentibus, vel deſcenden. vel ex latere venietibus, tàm ex maſculino, quàm ex fęminino ſexu, vſque ad quartum gradum, vir, & vxor, & ſocer, & frater paſſi iniuriam, coram Poteſtate, vel Iudice Maleficiorum defferens accuſationem, ſeu denuntiationem, ſimiliter ante abſolutionem, vel condemnationem per officium factam audiatur, & ceſſet officium Poteſtatis, ſeu Iudicis, & ſuper ipſa accuſà, ſeu denunt. procedatur, actis, & actitatis prius per officium factis nihilominus valituris.

De arbitrio procedendi contra Datiarios, & eorum Nuncios & Officiales defferentes falſas accuſas, vel calumnioſas.

DOminus Poteſtas Mediolani, & eius Iudices ad Maleficia, & Vicarius Domini Mediolani, & Iudex Datiorum, & quilibet eorũ, qui ſunt, & pro temporibus erũt, habeant arbitrium inquirendi, procedendi, condem. & puniendi, & teneantur, & debeant inquirere, procedere, & condemnare, & punire ex officio contra vnumquémque Incantatorem Datiorum habentem datum, vel cauſam ab eo, & eius Officiales, & Nuncios, qui coram aliquo eorum aliquam denuntiationem, accuſam, vel querimoniam dixerit, portauerit, vel fecerit calumnioſam, vel falſam de aliquo communi, vel ſingulari perſona, etiam qui aliquo modo communi, vel ſingulari perſonæ indebitè aliquam pecuniam extorſerit, vel indebitè acceperit in illis pecuniæ, vel pecuniarum quantitatibus, vt ſibi videbitur, in quibus aliàs non aliter, ſit de pœna prouiſum, de qbus, vel in quibus omnibus, & ſingulis breuiter, & ſummariè poſſit, debeat, & teneatur cognoſcere, diffinire,

Digitized by Google

pronuntiare, & executioni mandare non obſtante aliquo ſtatuto, prouiſione, vel reformatione dato, vel pacto conſilio, vel arengo, vel aliquo alio impedimento facto, vel faciendo, vel quod in futurum fieri poſſit contra præſens ſtatutum, vel aliquod de prędict.

Quando initium regiminis Poteſtatis, & cuiuslibet exercentis iuriſdictionem intelligatur incipere.

Rub. gen. ſtat. extr. maleſic.

INitium regiminis Poteſtatis intelligitur de ſex mẽſibus in ſex menſes, ſi contingat vitra ſex menſes regimen prorogari.

Idem fit in quocunque exercente iuriſdictionem.

Arbitrium Vicariorum Domini Mediolani procedendi in Criminalibus.

VBicumque reperitur in ſtatutis, vel ordinamentis cõmunis Med. data poteſtas Poteſtati Mediolani, vel eius Iudicibus, vel alteri eorũ inquirendi, vel aliquo modo procedendi contra aliquam perſonam, aliqua occaſione fit, & intelligatur data poteſtas, vel bailia cuilibet Vicario Domini Mediolani inquirendi, & procedendi vtſup.

Item ſub rubrica qualiter poſſit inquiri, & cognoſci de maleſitijs commiſſis ante Initium regiminis Poteſtatis. Poteſtas, & eius Iudices Maleſitiorum, & quiſque eorum poſſit cognoſcere de Maleſitijs commiſſis tempore ſui regiminis, & ante per ſex menſeș per accuſam, & denunciationem, & etiam per officium in illis caſibus, in quibus poteſt per officium inquiri, ſeu procedi ſecundum formam Statut. Communis Mediol. De criminibus verò commiſſis ante ſex menſes ab introitu ſui regiminis poſſit cognoſci per accuſam accuſatore legitimo exiſtente, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur. & non aliter.

Neque releuaret Conſules, vel Antianos præuentos fuiſſe in delictis ab offenſis, vel aliis, quia eo etiam in caſu tenentur denuntiare, ex declaratione Senatus Excell. diei quintidecimi Ianuarii 1573. per literas miſſas Domino

Præ-

Digitized by Google

Prætori Caſtellatii , in hunc modum habita diligenti conſideratione narratorum in incluſis precibus Baptiſtæ Guaſti, & Filippi Pellati, vobis committimus, vt vbi dicta conſuetudo hactenus ſic vſu recepta fuerit, nec aliud iuridicum obſtet, ſupplicantes dicta de cauſa non moleſtetis prouideatis tamen, vt talis abuſus ex mente noſtri Senatus in futurum abolitus publico proclamate intelligatur. ſecretario homacino. De iure autem fortè poſſet dici contrarium, poſtquam finis legis tendit, ne delicta impunita remaneant ob ignorantiam, quæ ignorantia ceſſat ex notificatione facta per alium, & iudici patet via ad inquirendum, & procedendum contra diffammatum. *Pedrocc. conſ. 18. n. 26.*

Aduertere etiam debes, quòd licet penes acta debeat eſſe certum nomen, & cognomen accuſatoris, ſiue delatoris, ta men in editione proceſſus illud ſolet ſuprimi, quando ſumus in caſu, in quo accuſator eſt tenendus ſecretus, quod contingit in multis caſibus, & accuſator hoc petit, quòd Animaduerto, quia Audio multos cauſidicos facientes Magnum feſtum ſuper Nullitate huiuſmodi proceſſuum, eo quòd non fuerit expreſſum nomen, & cognomen delatoris in editione proceſſus, & nullum meritum reportant, quia ſatis eſt, quod in actis fuerit expreſſum illius nomen.

Capitulum II.

QVerelans, accuſator, vel delator in eorum libello tenentur exprimere nomen, & cognomen ſuum, & habitationem certam, & ſi habitant extra Redofoſa, eligere habitaculum in Mediolano, in certa domo, & parrochia, & exprimere etiam nomen, & cognomen, vel talem qualitates ſufficientes rei, ac delictum commiſſum, & annum, menſem, & locum regulariter, niſi agatur de illis delictis, in quibus non requiritur expreſsio loci, & temporis, puta in falſa moneta, vel carta falſa, vel tonſa moneta, vel alterius falſitatis, vel niſi de illo, qui eſſet foraſterius, vel vagabundus, quia procedet ſine nomine, & cognomine, & ſi reus petet exprimi diem commiſsi delicti, vt poſsit redarguere de falſo. i. contrarium reprobare, id *Boſſius, Clar. Beluiſius, Angelus, Ferler.*

erit

erit arbitrij Iudicis interrogare accuſatorem de die, qui ſi reſponderit ignorare, excuſabitur, & continere etiam debet tempus porrectæ querelæ, vel accuſę, aut delationis ad effectum, vt ſciri poſsit, an congruo tempore fuerit porrecta, quandoquidem & in delictis currit præſcriptio ad ſummum viennij.

Et vt formulam habeas, ſequere ſequentem formulam querelæ, ſeu accuſæ, vel denuntiationis.

1586. Die tali, menſis talis, coram tali Iudice.

QVerelat, ſeu accuſat, vel denuntiat Titius filius quondam talis, talis P. & parochiæ Sempronium filium quondam talis, habitan. in tali parochia, quòd ipſe Sempronius doloſe percuſsit pugnis, vel baccu-lo dictum querelantem die hodie, ſuper platea publica cõmunis Mediolani, cui cohærent vndiq; iura ſua, vel interfecit gaium enſe ſtricto pluribus vulneribus illatis, & ſic de reliquis, quare, &c. & Nominat in teſtes N. N. & N. ſtatutum autem de accuſa, & denuntiationibus licet non ſit in vſu ſic diſponit videlicet, *in omnibus* criminalib. ſeu maleficiijs, in quibus accuſator, ſeu denuntiator apparuerit, non aliter procedatur, niſi accuſator, vel denuntiator in ſcriptis dederit accuſam, ſeu denuntiationem, in qua contineatur nomen, & cognomen accuſantis, ſeu denuntiantis, & nomen, & cognomen accuſati, vel denuntiati, & annus, & menſis commiſsi criminis, & locus, in quo dicatur maleficium fore cõmiſſum, & teſtes, & niſi illa accuſa, ſeu denuntiatio in quaternis offitij Maleficiorum fuerit ſcripta, & niſi per accuſantem, ſeu denuntiantem primo iuratum fuerit accuſam, ſeu denuntiationem veram eſſe, & ea, quæ in accuſa, ſeu denuntiatione continentur, & niſi denuntiator, ſeu accurator idonè ſatiſdederit periculo approbantium fideiuſſorem de proſequendo accuſam, ſeu

denun-

Digitized by Google

denuntiationem, vſque ad finem, & de ſoluendo omnem condemnationem, quæ fieret de ipſo accuſatore, ſeu denuntiatore occaſione illius accuſæ, ſeu denuntiationis, ſi ille accuſatus, ſeu denuntiatus non fuerit condemnatus, de quibus expenſis ſtetur ſacramento accuſati, ſeu denuntiati, facta prius per iudicétem taxatione legitima, ſaluo quòd hoc ſtatutum, quòd ad ſatiſdationem non vendicet ſibi locum in illis perſonis, quæ iurauerint propter paupertatem ſatiſdare non poſſe in caſibus, in quibus non ingeratur pœna ſanguinis, & hoc ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur tantùm ſimplici cautione teneatur accuſator, ſeu denuntiator in eis caſibus cauere ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum de ſoluendo omnem condemnationem, quæ fieret de ipſo accuſatore, ſeu denuntiatore occaſione ipſius accuſæ, ſeu denuntiationis, & de expenſis reſtituendis, ſi accuſatus, ſeu denuntiatus fuerit abſolutus. ſi verò acccuſa, vel denuntiatio fuerit talis, quæ contineat crimen, ex quo pœna ſanguinis ingeratur, non aliter procedatur, niſi accuſator, vel denuntiator idonè ſatiſdederit vt ſupra, vel perſonaliter ſe captum conſtituerit in carceribus communis Mediolani, in quibus retineatur quo vſque ſoluerit omnem condemnationem, quæ fieret de eo occaſione dictæ accuſationis, vel denuntiationis, & reſtituerit expenſas factas per accuſatum, ſeu denuntiatum vt ſup. quibus caſibus Iudex procedat in dicta accuſa, ſeu denuntiatione. hoc addito, quòd vltra teſtes in cauſa nominatos, poſsit accuſans, ſeu denuntians infra quindecim dies, & non vltra à die delatæ accuſæ, ſeu denuntiationis addere alios teſtes teſtibus nominatis in accuſa. Et Poteſtas teneatur condemnare accuſantem, vel denuntiantem deficientem in probatione ſecundum formam ſtatuti incipientis, ſi quis aliquem accuſauerit, ſeu denuntiauerit, & in expenſis factis per accuſantem, vel denunciantem abſoluendum, & ipſum condemnatum compellere omnibus iuris remediis ad reſtitutionem ipſarum expenſarum. Saluo quòd in accuſationibus, vel inquiſitionibus cartæ falſæ, vel falſæ Monetæ, vel tonſæ, vel alterius falſitatis non teneatur ponere locum, menſem, nec annum. Quod autem dictum eſt de nomine,

ne, & cognomine accuſati, ſeu denuntiati, non habeat locum, ſi accuſatus, ſeu denuntiatus ſit foreſterius, vel vagabundus, & accuſator, ſeu denuntiator iurauerit ſe neſcirę eum accuſatum, vel denuntiatum aliud nomen, vel cognomen habere, ita quòd per prædicta non impediatur, nec tollatur proceſſus, & quod dictum eſt de accuſatore, vel denuntiatore, qui ſe captum conſtituere debeat, niſi ſatiſdederit vtſup. non intelligatur, nec locum habeat in caſu homicidii, quando accuſator, vel denuntiator proſequatur iniuriam ſuam, vel ſuorum vſque ad quartum gradum ſecundum iura ciuilia computandum, & prædicta, quę dicta ſunt de denuntiatore, non habeant locum in officiali denuntiante. Et ſtatut. ſub rubrica de declaratione certorum verborum in cauſis criminal. ſic diſponunt, ſi in acuſatione, denuntiatione, vel alia aliqua ſcriptura criminali petatur, ſiue dicatur aliquem debere condemnari, vel aliquid aliud fieri ſecundum formam iuris, vel per æquipollentia verba, prædicta intelligantur peti, ſiue dici ſecundum formam ſtatutorum communis Mediolani, niſi expreſsè declaratum ſit de quo iure intelligatur.

Cap. III.

SEd antequam procedatur conſtare debet de duobus. ſ. delicto, & delinquente. Et de delicto tripliciter ſolet conſtare. ſ. vel per teſtes, vel indicium, vel rei euidentiã. ſi eſt facti permanentis, ſolet conſtare frequentius per viſitationem, quæ fit per curiam, vt cum viſitatur cadauer, vel incendium, vel guaſtum, aut ſi vulnera illata fuerunt. vnde ſi agitur de homicidio certi hominis, vel incerti, tũc accedit Notarius ad viſitandum illud cadauer, quod erit deſcribendum ſigillatim, vt oculis cernitur, verbi gratia 1586. die tali, ego talis Notarius rerum criminalium Magnif. D. Prætoris Mediolani, viſitaui cadauer cuiuſdam hominis reperti proſtrati in terris in tali loco ſtaturæ talis, faciei oblongæ, vel paucæ: ætatis ex aſpectu annorum vigintiquinque, cum barba nigra, & capillis nigris, indutum

Huiuſmodi viſitationes delictorũ nõ poſſunt fie-

Digitized by Google

tum ſic, & ſic, & iuſſum N. conſuli, vel ſatelliti, vt expoliaret illud veſtimentis, & femoralibus, & tibialibus, ac induſio: eoque expoliato inueni habere hęc: & hæc vulnera, quę erunt deſcribenda ſigillatim, & in quo loco, & genere armorum, & an punctim, vel cęſim. Facta hac viſitatione, ſi certum ſit cuius hominis fuerit illud cadauer, iubetur ſepeliri, ſi verò incertum fuerit cuius ſit, tunc interrogantur Antiani, Conſules, & alii vicini loci, in quo cadauer iacebat, ſuper cognitione hominis interfecti, & ſi agnitum fuerit, iubetur humari, ſi verò non agnitum fuerit, iubetur cadauer afferri ſuper platea publica, vel in via frequentiori, quà multi tranſeunt, & ibi dimittitur arbitrio iudicis, ſi autem non recognoſcitur, nihilominus iubetur ſepulturæ tradi, cum incipit fętere. & in hoc eſt adhibenda ſedula diligentia in examinandis quamplurimis teſtibus vicinis loco delicti; ſi autem certi ſunt occiſi attinentes puta filii, vel vxor, aut fratres, aut parentes, aut alii ſanguine iuncti, tunc examinari debet ipſi ad informandum curiam, à quibus Iudex ſcire debet contra quem ſuſpicentur de ſcelere, & quos haberet inimicos, aut litem, aut iurgia occiſus habuiſſet, & ſic de huiuſmodi præſumptionibus remotis, & propinquis delicto. & in hiſce viſitationibus ſanguinolentis, debet Notarius eſſe multum circumſpectus, ne deludatur, quando quidem aliqui (vt experientia docet) poſſunt inuoluere caput pannis ſanguine tinctis, vel genas ſanguine aſpergere, & clamare ſe vulneratos fuiſſe, ideo debet vulnera oculis videre, & ſolui facere partes obtectas, poſt hæc etiam examinatur Chirurgus, qui medellam vulnerato adhibuit, cui creditur an lethale ſit, nec ne vulnus illatum, & ſi depoſuerit fore lethale, ſtatim decernit capturam, & bonorum deſcriptionem, ad quam tranſmittitur Notarius cauſę cum Notario, & hoſtiario Illuſtris Magiſtratus extraordinarii, ſi Mediolani proceditur, & ad Fiſcum Regium ſpectet condemnatio bonorum, in aliis verò Ciuitatibus debet accedere Fiſcalis, & Iudex cum actuario; ſi autem agatur de furto vi commiſſo, puta fracto hoſtio, vel apporheca, vel muro, aut pariete, fit pariter viſitatio. Si de defloratione virginis, viſitatur illa mulier per obſtetricem, quæ cum iuramen-

ri, niſi notarÿs Maleficiorũ ex decreto Senatus diei 5. Nouemb. 1559.

Vide D. meũ Zanatariũ I. C. in ſuo libello num. 76. & ſeq.

Clar. q. 4. cir. med. Iodocus c. 77. nu. 13. Vide decretũ Senat. diei 5. Iulÿ 1546. ꝙ Fiſcales pro deſcriptione bonorũ de inquen. nõie Reg. Camnil accipiant.

Digitized by Google

ramento refert an fuerit cognita, nec ne, cui tamen non deberet credere, ſiue aliis adminiculis præſertim in ea, quæ eſt maturæ ætatis, & non ſtatim conqueſta eſt ſe cognitam fuiſſe. nam iſtæ luxurioſæ, & impudicæ mulieres, vel digitis, vel alio artificiali inſtrumento rumpere poſſunt pelliculam illam, ex cuius fractione arguitur quam fuiſſe cognitam, neque ſanguis aſperſus ſuper linteaminibus, aut induſio eſt ſuficiens indicium, ſine aliis adminiculis, nam poſſunt tales fædæ mulieres ſe prouocare, vel vt pluribus accidit, fraudes multas exquirere, vt homines nouos decipiant incautos, vt de illa, quæ erat meretrix, & acceperat maritum inſcium eius qualitatis, & vt appareret illi virgo, poſuerat in ore vuluæ, vnum botellum, de quo maritellus fecit magnum gaudium cũ amicis ſuis dicendo ſe quidem ſemel virginem vxorem inueniſſe; aliæ verò alios ſtruunt dolos, vt vel eas accipiant in vxores, & viuant ſemper in ſempiterno cruciatu, vel ad eas dotandum, quæ tamen dos de iure non debetur, ſi ſponte mulier conſenſit libidini. fugiant tamen incauti iuuenes, ne illaqueantur blanditiis mulierum, ſi volunt cum honore viuere. audiant quid dicat ſacra ſcriptura, ne intenderis fallaciæ mulieris, fauus enim ſtillans labia mulieris, & nitidius oleo gutur eius; nouiſſima autem illius amara, quaſi abſynthiũ, & acuta quaſi gladius biceps. longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius, ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena, & gemas in nouiſsimis non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius, pretium enim ſcorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri præcioſam animam capit, nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant, aut ambulare ſuper prunas, vt non comburrantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus, cum tetigerit eam, non grandis eſt culpa. Cum quis furatus fuerit, furatur enim, vt eſurientem impleat animam; depræhenſus quoque reddet ſeptulum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet, & liberabit ſe, qui autem adulter eſt,

Pro. c. 5. & 6.

eſt, propter cordis inopiam, perdet animam ſuam, turpitudinem, & ignominiam congregat ſibi, & obbrobrium illius non delebitur. Item ſi de veneno examinantur Medici, quibus creditur, ſi autem delictum non ſit facti permanentis, vel per viſum, aut tactum, auditum, vel odoratum non conſtat, debet ſaltem cõſtare per viuam vocem, quòd viderint, vel audiuerint, & ſic de alijs.

Conſtito de delicto, conſtare debet etiam de delinquente. vnde de delinquente conſtare debet per viuam vocem teſtium, iuridicè receptorum. vnde debent recipi teſtes, vel à parte nominati, vel aliàs ex officio, qui debent deponere, & examinari in ſpecie ſuper delicto, ſi delictum, & delinquens ſit certum, & à quo ſecus in genere; ſi generaliter inquiritur de delicto, & delinquente; Clar. queſt. 5. verſ. poterit igitur, & cum iuramento, alioquin eorum dicta non valerent regulariter, maximè in criminalibus ex quo teſtes iurati interim, priuſquam repetantur, ſi decederent, nihilominus probarent, verum eſt quòd aliquando faciunt fidem ſine iuramento, quando .ſ. parti non poteſt aliquid imputari cur pręſtationem iuramẽti non produxerit, puta ſi dicta teſtium erant ſcripta manu vnius Notarii antiqui defuncti, cuius acta non reperiuntur; ſicuti dicimus de ſententia antiquitus lata quòd valet, licet non reperiantur acta. & tantæ eſt virtutis iuramentũ, quòd vulnerato ad mortem cum iuramento examinato creditur eius ſolius dicto, quo ad inquirendum contra reum, & torquendum. Et ſi teſtes non fuerint pręſentes, tunc citantur ad perhibendum teſtimonium veritatis ſub pœna pecuniaria, pro ſumma per Iudicem arbitranda, & eis tranſmittitur præceptum ſub conſimili forma.

Clar. q. 20

Myl Barſth.

Boſſ. tit. de inq. nu. 47. & Cl. q 21. ver. aſſertio vul Ang. i § ſi quis moriens l. ſi quis in graui. ff. ad Sylle. licet reprobetur ab alijs, teſte Clar q. 21. verſ. præmiſſo.

Talis Iudex ſic inſtante Fiſco Regio præcipiendo mandat, C. perſonaliter, vel &c. quatenus infra vnam diem proximè futuram poſt huius præſentationem, compareat coram pręfato Mag. D. Iudice ad eius officium Maleficiorum ſitum &c. ad ſtandum, & parendum mandatis præfati Domini Iudicis, & ad perhibendum teſtimonium veritatis pro nonnullis concernentibus intereſſe Regiæ Cameræ, ſub pœna ſcutorum quinquaginta auri Regiæ Ducali Camerę, alioquin &c. de cuius &c. Datum Mediolani die

1586.

Præceptũ ad perhib. teſtimon.

1586. ſignatur à Iudice,& ab actuario.

Præceptū ad alleg.

Quando teſtes non comparent, citantur ad allegādum ſub con ſimili tenore.

Talis Iudex ſic inſtante Fiſco Regio præcipiendo mandat C. perſonaliter, vel &c. quatenus infra duos dies prox. futuros, poſt &c. compareat coram præfato Mag. D. Iudice ad eius officium ſitum &c. ad allegandum,& ſuas defenſiones faciendum quare mulctari, & condemnari non debeat in pęnam ſcutorum quinquaginta verſus Regiam Ducalem Cameram, eo quia non paruit præcepto ei traſmiſſo effectus, vt compareret ad perhibendum teſtimoniū veritatis, prout in actis, alioquin, &c. de cuius &c. Datum vt ſupra.

Et ſi adhuc perſeuerabunt in contumacia, mulctantur ſub hoc modo.

Mulcta.

Talis Iudex mulctauit, & condemnauit N. in illis ſcutis quinquaginta auri verſus Regiam Ducalem Camerā, de quibus in pręcepto, ei emanato parte pręfati D. Iudicis, effectus quòd deberet coram pręf. D. Iudice, & eius officio comparere ad perhibēdum teſtimonium veritatis, eo quia præceptum huiuſmodi contempſit, & in termino comminatione nullas fecit defenſiones, & ipſam mulctā, & condemnationem ipſi Cameræ applicat. ſaluo,& reſeruato ſi dictus C. infra tres dies proximè futuros comparuerit,& mandatis pręf. D. Iudicis paruerit, quia tunc,& eo caſu, & non aliter, pręſens mulcta, & condemnatio ſit nulla,& pro non facta habeatur, quam intimati iubet per quemlibet nuntium ſeruitorem &c. cui plena dabitur fides. Datum Mediolani die anni 1586. ſignatur à Iudice, & ab actuario cauſæ.

Lapſo illo tridui aſſignato, eſt in arbitrio Iudicis ſtatim tranſmittere, vel ſuperſedere tranſmiſſionem dictæ mulctæ,& ſi voluerit tranſmittere, citat mulctatum ad videndum tranſmitti ipſam mulctam contra eum ſequutam ad Regiam Cameram ad hoc, vt exigi poſſit,& in termino ſcribit literas incluſas habentes ipſam mulctam ad Magiſtratum extraordinarium, & exinde notarii Illuſtris Magiſtratus deſcribunt ipſum mulctatum in libris Cameræ debitorem ſummæ, in qua fuit mulctatus.

Si

Digitized by Google

Si tamen teſtis comparuerit ante tranſmiſſionem mulctæ ad Cameram, poterit purgare moram, & de ea nulla ratio habebitur,& ita conſueuerat Senatus dare literas, vt vbi mulcta adhuc non fuiſſet Cameræ tranſmiſſa, admitteret ipſum mulctatum ad comparendum, & deponendum, ipſa mulcta non obſtante. Conſtitutiones etiam de mulctis libro quarto ſic diſponunt *Mulctæ*, ſi ad inſtantiam patris factę fuerint ad Cameram non tranſmittantur, niſi parte inſtante. §.omniq; caſu irritæ ſint caſu quo inobediēs ante earum tranſmiſſionem paruerit. §. non poſſit appellari à mulcta, ſed à præcepto comminante mulctam, modo id tempore debito fiat. §. poſſit tamen à mulctis recurſus haberi ad Senatum iuxta aliarum Conſtitutionum formam.

l absenti. ff de acquirenda hær.

✠

At ſi teſtes informati eſſent,vel habitarent in aliena iuriſdictione eiuſdem tamen Principis, vbi agatur inter ſubditos feudatariorum, debet alter Iudex per literas ſubditales citare, & requirere alterum Iudicem, in cuius territorio habitant tales, & ille tenetur exequi dictas literas alterius Iudicis, & ſi ipſe Iudex recuſaret exequi ipſas literas,poſſet puniri; tunc tamen habetur recurſus ad ſuperiores, qui præcipiunt, vt exequatur literas alterius Iudicis, ſed ſi Iudex eſſet feudatarii, & eſſent teſtes de maiori Magiſtratu,& habitarent in iuriſdictione Principis, tunc non puto illum poſſe citare, neque per literas ſubditales ſine licentia Principis, ſed ſi ille de maiori Magiſtratu ſpontè compareret coram tali Iudice feudatarii, poſſet illum examinare impune, & ſi falſum deponeret, punire, atque illum citare ad repetendum. Iudex verò maioris Magiſtratus poterit citare teſtem, ſiue ſubditum, ſiue habitantem in iuriſdictione feudatarij recognoſcentis tamen maiorem Magiſtratum talis Iudicis; ſi autem habitaret in iuriſdictione immediata, vel mediata alterius Ciuitatis, tunc debet citare per literas ſubditales, vt dictum eſt de aliis mediatis v. g. D. Prætor Mediolani poteſt abſque literis citare quemlibet habitantem in Ducatu Mediolani, eſto quòd ſit ſubditus feudatarii, ſecus autem ſi in Comitatu Laudæ, quia debet citare per literas ſubſidiales, ſi verò eſſet delegatus à Principe, vel à Rege, vti eſt Capitaneus generalis Iuſtitiæ Mediolani, ipſe

Vide Boſſ. in tit. de tit nu. 24. & ſeq. c l. q. 26. Ang. in verbo Iudex commiſit nu 11. & Aug glo ſatorem Vide etiã Iaſo. in l. propter. §. ſin autem reus C. de iu nu 3. Boſſ in tit. de falſis. nu. 110.

poterit quoſcumque de dominio, & vbique in dominio citare abſque talibus literis, & in illis Ciuitatibus quæ ſunt infeudatæ aliis, & cum Mag. Pretor Nouariæ recuſaſſet admittere Notarium ipſius Mag. Domini Capitanei, eò deſtinatum ad examinandum nonnullos teſtes, & bauerios in ea Ciuitate degentes, fuit grauiter reprehenſus à Senatu Excell. & ordinatum ne in futurum id faceret, vt ex actis Domini Franciſci Vallæ coadiutoris olim collegæ mei in dicto officio, in quo verſatus ſum prò coadiutore ſub olim egregio Io. Franciſco Tettono Nouarienſi, cui ſemper plurimum debebo ob plurima in me merita, & beneficia collata, qui me vnam cum filiis propriis æducari fecit in ſtudio humanarum literarum in ea Ciuitate, exinde poſtremò me euocauit ad hanc Ciuitatem iuſſu Senatus Excellentiſs.

Nou. Cōſt. lib. 4. Bal. in l. ſi quando C. de teſt. Bar. in cap. dies Caut. §. Prætor ait nu. 18 de dam. infr. Et Myl. f. 19. nu. 56 & 57. Myl. f. 18 n. 60.

Qui teſtes erunt examinandi plenè, & perfectè, & loco, & tempore, & quibus præſentibus, & de aliis circunſtantiis negotii, & ſuper generalibus, & eorum dicta integrè deſcribenda, ad hoc vt ſciri poſſit quanta fides ſit eis adhibenda: Item recipi, & iurari parte abſente, & non vocata, timore ſubornationis, vel fugæ accuſati, quòd vel facilè ſuccederet, ſi publicationem informationis haberet, & debent etiam examinari ſeparatim, & ſigillatim, & ſecretò, vt liberius dicant veritatem; & quòd Notarius extendat totam teſtium depoſitionem debent etiam teſtes tenere ſecretas eorum diſpoſitiones ante publicationem proceſſus, ſecus incurrunt pœnam falſi, præſertim ſi eis delatum fuerit iuramentum de non reuelando ante publicationem F.

ſpec. in tit. de teſtibus. §. ſequitur & tex. in l. qui falſo ff. de teſt. Boſſ in tit. de falſis. nu. 18. &

Et licet Notarii tàm ex diſpoſitione ſtatutorum, quàm Nouarum Conſtitutionum infra referen. poſſint à ſe ipſis examinare teſtes ad offenſam, procurent tamen eos examinare, ſi fieri poteſt coram ipſo Iudice, propter duo inconuenientia euitanda; primum ſcilicet ne in repetitione poſſit dicere non ſic dixiſſe, prout ſcriptum reperitur ab actuario, qua in re, ſi tractatur de puniendo teſte de falſo, tunc non poteſt puniri, quia tantum creditur teſti, quantum Notario: ſi verò tractatur cui plus ſit credendum teſti neganti, an Notario affirmanti ſic dictum, creditur

tunc

tunc Notario. Si autem coram Iudice depoſuerint, non audiuntur poſtea dicentes ſe non ita depoſuiſſe, vt ſcriptum fuit à Notario, immo ſi contrarium depoſuerint, poſſent puniri de falſo. ſi autem præſentia Iudicis haberi non poſſet, ſtudeant ſaltem Notarij hac vti cautela, ſcilicet, quòd finito eorum examine, ſiue depoſitione perlegant eis depoſitiones, eis lectis, ſcis citentur an placeat aliud addere, vel diminuere, & reſpondentibus nolle, iubeant manu ſua ſubſcribere dictas atteſtationes, quòd ſi aliquis illorum neſciret ſcribere, vt alius Doctor modernus admonet, præmittat ſignum crucis, manu propria, talis de tali ſcribere neſciétis, vt dixit, qui illud fecit, poſtquam ſibi ſingula contenta in ſua depoſitione enarrata fuerunt. ſed quando ex actis conſtaret teſtes receptos fuiſſe præſente Iudice, tunc abſolutè ſtatur ei, quod ſcriptum reperitur, quicquid teſtis poſtea dicat, quòd præſumitur, ſi Notarius id dicat in examine teſtis.

Secundum inconueniens eſt, quòd ſi teſtis eſſet torquendus, Notarius ſine Iudice non poſſet illum torquere, quod multotiens contingit, puta quando teſtis informatus de veritate, quando dicit interfuiſſe facto, negat ſcire, vel ſi negauerit interfuiſſe conuincatur ab vno teſte de mendatio, quòd interfuerit, & ſi plures teſtes erunt negantes vtſup. poterunt etiam torqueri omnes, vel ſaltem tres magis informatis, quando omnes ſunt ſuſpecti, quòd verum dicere nolint ſed modus torturæ, & numerus torquendorum, relinquitur Iudicis arbitrio, ſed non ita grauiter torquentur teſtes, ſicut torquendi veniunt rei criminis. Item quando teſtis eſt infamis, ſiue infamia facti, ſiue infamia iuris ciuilis, ſiue canonici, quia tũc ad hoc, vt depoſitio valeat, debet torqueri, vt probét cõtra reũ, quia tortura purgat defectũ, ac inhabilitatẽ talis teſtis. Hinc ſciendũ eſt infamiã iuris eſſe duplicẽ, ſcilicet ciuilẽ, & canonicam, & ciuilem quidem contrahi ex ſententia diffinitiua à Iudice competenti lata pro crimine priuato, vt furti, vel iniuriarum, & quandoque ex facto, abſq; ſententia inciditur in infamiam, vt ſi mulier deprehenſa ſit in adulterio, vel qui athlætas cauſa mercedis ingreditur, vel cum beſtia pugnat, infamia facti eſt, quando apud bonos, &

Clar. in §. falsũ verſ. pone teſtis. & q. 53. verſ. quintus eſt caſus Mylus etiam.

Alph. in ſua pract. crim ſcan.

Cla. in §. falsũ ver. pone in fi.

Ex Cla q. 25. Boſſ in tit de teſt. nu. 2. & pract. cri. Can. Alph. c. 8. tit. de teſt. cõcl. 7 & Myl. f 80. n. 32 Foller. in tit. & capiant in for nu 38. Ang n. 10 ſuper inſt. & ex vocabulario iuris.

Digitized by Google

graues viros eſt opinio de crimine alicuius. & Doctores alii declarantes quid ſit infamia iuris, & quæ infamia facti, ſic diſtinguunt infamiam iuris duplicem eſſe nempe quandam eſſe, quæ irrogatur in genere facti ipſo iure, & hæc dicitur infamia iuris, & de iure, & in hac non eſt opus Iudicis miniſterio; quia tunc eſt quando lex factum denotat, quia tunc lex ipſo iure pronunciat infamiam, vt in his, qui artem ludricam exercent, ſecundo irrogari infamiã iuris per ſententiam diffinitiuam cauſa cognita à Iudice, nec non per confeſſionem veram, quia nullum genus probationis infamat, niſi probatio, quæ fit per confeſſionem alius eſt modus ex genere præcedente interloquutoria, cauſa tamen cognita; & hic tria requiri primo cauſam famoſam ſubſiſtere, ſecundo interloquutoriam, vel præceptum Iudicis, tertio ipſius facti exequutiõ ẽ famoſam vti fuſtigationem, vel ſimilẽ, quo verò ad infamiam facti dicunt, quòd habet duplicem effectum, quia excludit fratres à querela; ſecundo repellit à dignitate, & multa alia. Hinc habes verſus comprehendentes actiones infamantes, Iudice damnatos infames reddit vbique.

Quod vi diripitur: iniuria, furti, doliq;, actio mandati,
tutelæ, depoſitique: directo, ſi pro ſocio cõmunis vtrique.
Sed & pacti, ideſt, precio veris ſine iuſſu Prætoris.

Item teſtis deponens contra ſocium criminis, non facit inditium vt teſtis legitimus, niſi ſe purget per torturam; nam ex propria confeſſione effectus eſt infamis, & ſic eius depoſitio debet confirmari per torturam; & ita obſeruatur. Itẽ ſi eſt varius, ſeu vacillans non facit fidẽ in iudicio, niſi cũ tortura exceptis exceptuatis. nam teſtes in dignitate conſtituti, etiam ſi vacillent, non torquentur, niſi in caſibus, ſeu criminibus exceptis, vid. læſæ Maieſtatis, falſi, priuati carceris, & vbi in officio delinquant. Et Boſſius declarando quando teſtis dicatur varius, vacillans, vel varius, dicit quòd tunc dicitur varius, quando in iudicio nulla cauſa aſſignata; Dicit contrarium eius, quod primo dixerat. contrarium verò dici illum, quando dixit duo, quæ ſimul eſſe non poſſunt, vt ſi primo dixit delictum fuiſſe commiſſum Mediolani, deinde Nouariæ. vacillantem autem dici, qui timendo, & dubitando variè loqui-

Gloſ. ſup. inſt. tit. de pœna temerar. litig. §. ex quibuſdam iudicÿs.

Ex doct. præcitatis & Cla. q. 21. & 25. ac Boſſ. ti. de remed & conſid. ante tort. nu. 51. Cl. q. 25. ver. item teſtis Var. & Alph. concluſ. 3. et Boſſ. n. 19.

Digitized by Google

loquitur, puta modo vnum, modo aliud dicendo in eo iudicio, ſeu etiam quando deuiat in iudicio ab eo, quòd dixerat extra iudicium, quo in caſu dicit poſſe puniri de falſo, ſi interfuiſſet facto, ſed teſtem non reputari varium, ſi incontinenti ſe corrigat, & quòd dicatur incontinenti ſe corrigere, quando nondum exiuit conſpectum Iudicis, vel ſi exiuit, nondum eſt alloquutus partem, & in vtroque caſu, ſi talis teſtis alleget iuſtam cauſam erroris, & ita Iudici videatur. vnde vt tollatur occaſio hiſce teſtibus imbecillibus, ille Doctor admonet cautelam hanc eſſe adhibendam, quòd profecta depoſitione teſtis ei iterum perlegatur eius dictum, & ſi confirmauerit, non audietur. Quoniam per talem lectionem tollitur error. Et præualet vltimum dictum teſtis varii in tortura. Et tortura repeti poterit toties, quoties variat, non tamen vltra trinam vicem. Nec quo ad iſtos teſtes informatiuos curiæ, prodeſſet comparitio præuentoria, quin torqueri debeant ante copiam indiciorum, nam ſecus deſtruerentur mille proceſſus, & veritas nunquam haberetur, ſed conſueuit dare, quando venit torquendus ob cauſam, quæ aliunde oriatur, quàm ex proceſſu, vti quòd ſit ſeruus, vel infamis, vel huiuſmodi, vel falſus.

Boſs n. 13.

Boſs n. 23. et 26.

Boſſ n. 24. et 31. tit. de pu proceſs.

Boſſ n. 20. de tortur. teſt. n. 21. 43. et 44.

Cl. q. 25.

Boſſ n. 38. et Alphō. q. 7.

Statum autem ſub rubrica, quòd teſtis non poſſit torqueri, niſi vacillat, vel dicat falſa, ſic diſponit *Nullus* teſtis poſſit per aliquem torqueri, vel tormentari, niſi dicat ſe interfuiſſe facto, & vacillet in dicto ſuo, vel dicat falſa, & rubrica de teſtibus diligenter interrogandis, ſic diſponit, teneatur Iudex vbicunque contingerit eum recipere teſtem, vel teſtes diligenter interrogare teſtem de veritate negotii, & loco, & tempore, & quibus præſentibus, & de aliis circunſtantiis negotii ſub pœna librarum viginti quinque tertiolorum.

Sunt tamen nonnulli teſtes, qui non poſſunt cogi regulariter ad perhibendum teſtimonium veritatis in criminalibus, ſcilicet minores quatuordecim, vel viginti annis, aliqui verò neque admitti vti hoſtes, familiares, inimici, domeſtici, mercenarij conuectores, famuli, famulæ, mancipia, patres, matres, auiæ, aui, filii, & nepotes, amici, cognati, affines, mariti, vxores, fratres, ſorores,

Iodocus c. 50. Clar. q. 24.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

aduocati, procuratores, ſollecitatores, tutores, curatores, notati infamia, ſocij criminum, furioſi, frenetici, excommunicati, hæretici, & Monaci regulares Canonici, Conuerſi, & quicumque ſub regulari obedientia conſtituti. alijs verò fides non debet adhiberi, puta homicidis, malleficis, ſacrilegis, furibus, raptoribus, adulteris manifeſtis, veneficis, ſacrilegis, periurijs, lenonibus, concubinarijs manifeſtis, inceſtuoſis, conſpiratoribus, & coniuratoribus, nec qui precio corrupti fiunt, nec accuſatores, neque mulieres de iure canonico, neque meretrices, & denique illæ perſonæ quæ ſunt reprobatæ vitæ, ſed latius habes apud * ſpeculatorem, & Albeſatum in rubro, quæ poſſint opponi contra teſtes. Aliquando tamen ratione loci, aut temporis, aut criminis, de quo quæritur, admittuntur, vt per exempla latius explicat Iodocus * in ſua praxi criminali, & quando aliter veritas actu, neque habitu haberi non poteſt; vel ratione immanitatis criminum, vel attrocitas eorum, vnde ſolent iuſſu tamen Senatus Excellentiſs. illi; qui aliter cogi non poſſunt, puta frater contra fratrem, vxor contra virum, mater contra filium. alioquin teſtis, qui totaliter à lege prohibetur examin. non facit indicium, niſi ad aſſumen. inform. ſuper delicto, ſpecialiter contra aliquem, vel ad capturam: non autem ad tranſmitten. inquiſitionem, ſiue citationem, neque ad torturam: ille verò teſtis, qui non omnino repellitur à lege, ſed diminuitur de fide, ſi fuerit examinatus parte nil opponente, facit indicium ſecus non facit inditium ſufficiens.

4. rub. de teſt.

Cap. 51. Cl q. 24. ver. quo igitur, & ſciendũ eſt etiam & verſ. ſcias tamen, & vide etiam idẽ Pl. in rep. l. ſi quando co. vn vi nu. 146.

Cap. IIII.

AT inueſtigando de delictis, noſce oportet naturam, & effectum, ac vim eius delicti, de quo quæritur, ne forte fruſtra laboretur, & reus abſoluatur. teſtis enim officium eſt exponere factum, de quo agitur per vnum ex quinque ſenſibus corporis, & non titulare delictum, ideſt teſtis non debet dicere, quòd Titius animo deliberato inſultauit Gaium, & occidit, ſed debet deponere de extrinſecis inducentibus hanc qualitatem, ex qua Iudex exinde format titulum, ſi enim teſtis dixerit, erat grauis inimici-

Digitized by Google

tia inter Titium, & Gaium, quia alter eorum occiderat patrem alterius, & vidiſſe Titium aggredientem Gaium euaginato pugione incautum, & nullis dictis verbis vulneraſſe pluribus vulneribus, ex quibus illico deceſſit; ecce ex facti narratione reſultat qualitas ipſa animi deliberati; nam aliàs teſtis redderetur ſuſpectus, & affectatus nimis ad cauſam, non enim debet fungere officio Iudicis, & teſtis. Itaque non inutiliter duxi explicare intelligentiã, & vim certorum delictorum ex prædicti tamen Doctoribus deſumptas. Et primò ſi quis imputatus ſit de crimine læſç Maieſtatis humanæ, ſciendum erit quot modis committatur tale delictum, & quidem multipliciter, puta ſubdito, qui fecit tractatum contra perſonam Domini ſui, vel contra ſtatum Principis, vel Reipublicæ, vel Ciuitatis ipſius dominiũ tirãnicè occupauerit, vel patriam oppugnauerit, vel armatus venerit in bello contra Principem ſuum, vel quia cum hoſtibus domini pacem, ac amicitia contraxerit; vel quia tentauerit tamquam hoſtis, occupare caſtra, vel Ciuitates ipſius domini, vel caſtra ipſa inuaſerit, & occupauerit, vel qui cuſtos arcis, ſeu caſtri vendiderit, vel illud tenuerit contra eius voluntatem, vel ſuo Capitaneo de nouo miſſo ad hoc reſtituere noluerit, vel deſeruerit exercitum Principis populi Romani, aut tradidit illud hoſtibus, vel qui manu armata do lo deſtruxit pontem exiſtentem in territorio domini ſui, vel qui reuelauit ſecreta Principis; & fortè etiam qui de eo obloquutus fuerit, & falſificauerit monetam, committique hoc crimen non modo in perſonam. Papæ, Imperatoris, ſed etiam contra Reges, Principes, vel Ciuitates, quç ſuperiorem non recognoſcunt, ſed etiam recognoſcentes ſuperiorem ex conſuetudine Italiæ. Item contra Cardinalem, item contra conſiliarium Principis. & propriè ille dicitur crimen læſæ Maieſtatis committere, qui eſt ſubditus origine, vel domicilio. Item tenentur de eo crimine participes, fautores, auxiliatores, & conſcii non reuelantes. & de hoc crimine Nouç Conſtitutiones ſic diſponunt, *Quicunque* crimen læſæ Maieſtatis, vel rebellionis commiſeritis ipſo iure crimen læſæ Maieſtatis, & rebellionis incurriſſe intelligatur; vltimoque ſupplicio afficiatur,

De crimine læſæ Maieſtat. Cl. in § læ. Maieſtat. Boſſ. Gandi. Angel. Foler. Caver. Iodocus, & Marſ.

✠ *lib. 4. de pœnis.*

Digitized by Google

ciatur,& bona eius Fiſco applicata intelligãtur, vltra alias pœnas iure communi impoſitas. §. non poſſit tamen poſt mortẽ procedi, niſi in caſibus aliàs à iure permiſſis. ſi quis perſonam Principis; vel Locumtenentis generalis offenderit, vel offendere attentauerit, aut practicauerit, tam ipſe, ſocii, & participes, quàm horum conſcii, qui non reuelauerint, ſcindantur in fruſtra, locisq; eminentioribus Ciuitatis affigantur, donec conſumpta erunt: bonaque eorum allodialia, & feudalia confiſcentur, & ſententia etiam in contumaciam lata omnibus præiudicet. §. Aſcendentes verò, & deſcendentes, ac alii, ſecundum iuris communis formã puniantur ſtatuta criminalia ſic diſponunt, ſcilicet,

✠ **Statuta.** *Nulla perſona*, nullaque Communitas, nec Vniuerſitas, ſeu terra cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, audeat, nec præſumat directè, nec per indirectum publicè, nec priuatim, nec aliquo modo attemptare, nec procurare, quòd aliqua Communitas, vel vniuerſitas Comitatus, diſtrictus, diœceſis, vel iuriuſdictionis Mediol. aut in cuius poſſeſſione, ſeu quaſi iuriſdictionis, vel honoris ſit, vel fuerit Commune Mediolani, exeat, nec eximatur, nec ſubtrahatur à ſubiectione, iuriſdictione, dominio, nec honore Domini, nec Communis Mediolani, nec quòd ſibi aut alii ſupponatur, ipſa Communitas, Vniuerſitas, ſeu Terra, quàm Domino, vel Communi Mediolani; nec conſulere, nec pronunciare eam eſſe exemptam à ſubiectione, iuriſdictione, dominio, nec honore Domini, nec Communis Mediolani, nec aliis, quàm Domino, & Communi Mediolani eſſe ſuppoſitam, nec ſe ſupponere iuriſdictioni meri, & mixti Imperii alicuius Ducis, Principis, Baronis, Communitatis, nec Vniuerſitatis, nec alterius perſonæ cuiuſcunque conditionis, vel dignitatis exiſtat, quàm Domino, vel Communi Mediolani, nec ab aliquo ex prædictis impetrare, vel cognoſcere iuriſdictionem, vel cohertionem hominum, niſi à præfato Domino, vel Commune Mediolani, nec impetratis vti, poſtquàm per citationem, vel cridam facta fuerit monitio quòd eis iuriſdictionibus, & cohertionibus non vtatur per ſe, nec per interpoſitam perſonam. & ſi quis contrafecerit attemptando, vel procurando, ſupponendo, impetrando, vel ex quo fuerit

pro-

prohibitum vtendo, non valeat, nec teneat; ſed quicquid fuerit contrafactum, nullius ſit valores, & momenti, & & vlterius bona contrafacientis Cameræ Mediolani publicentur, & publicata eſſe intelligantur ipſo facto, tamquam patriæ ſuæ proditoris, nec alicui ſuccedere poſsit, ſed omnes ſucceſsiones, quæ interim poſt commiſſum crimen, ad ipſum peruenire deberent, perueniant in cõmune Mediolani, & tam ipſi, quàm eorum deſcendentes hæredes ſint perpetuò extra protectioné, & defenſionem domini, & cõmunis Mediolani, nec audiantur in ciuilibus, nec criminalibus vllo tempore, & conſulentes, vel pronunciãtes cõtra prædicta, vel aliquod prædictorum, condemnentur in libris quingentis tertiolorum. Et Nouæ Conſtitutiones ſic diſponunt, *Omnibus* ciuibus, & incolis ciuitatum, & Locorũ dominii, quacunque dignitate fulgeãt, interdictũ eſt, ne per ſe, nec per alium directè, nec per indirectũ creari ſe faciãt ciuem, incolam, vel burgenſem, ſociũ, confœderatum, aut ſubditum aliarum ciuitatum, & terrarum huic Dominio non ſuppoſitarum, neque etiam in eis aſcribi. quod ſi etiam motu proprio fiat, huiuſcemodi priuilegium acceptari non poſſit, nec etiam eo vti ſine diplomate Principis, vel Senatus ſub pœna arbitraria Principi. In quas huic conſtitutioni cõtrafacientes ipſo iure, & facto incurrant. Et alibi, omnis qui a Principe ſtipendiũ habet, ſi ab aliquo oretenus, vel in ſcriptis requiratur, ad finem, vt ſe abdicet a ſeruitiis Principis, vel ſtipendiis, aut fidelitate, vt conducatur ad alia ſtipendia, vel ſeruitia, teneatur id notificare Principi, vel officialibus, ad finem, vt ad eius notitiam deueniat, & eo amplius vbi tractetur de intereſſe Principis, requirentem capere, ſi poſſibile erit, nec ſine licentia Principis relaxare, ſub pœna arbitraria Principis, vel Senatus imponẽda. § ſub eademq; pœna omnib. ſiue incolis, ſiue non, ſiue ſubditis, ſiue non, interdictũ eſt requirere, vel attemptare aliquem, vt remoueatur a ſeruitiis, ſtipendiis, fidelitate, obedientia, reuerentia, vel ſubiectione Principis, & ſtatuta ſic diſponunt.

✠ *lib. 4. de pœnis.*

Quilibet ſtipendarius pedeſter exiſtens, vel qui de cætero erit ad ſtipendium domini, vel communis Mediolani, qui reſpondebit ſub alio nomine, quàm ſuo proprio nomine, ✠

mine, & cognomine patris in noſtris fiendis per officialem præfatæ Dominationis, vel communis Mediolani, de facto, & ſine aliqua condemnatione componat qualibet vice communi Mediolani libras decem tertiolorum, & plus, & minus inſpecta qualitate facti, & perſonarum, & ſub rubrica de his, qui intelliguntur eſſe rebelles, ſic diſponunt, *Rebelles* communis Mediolani intelliguntur iure noſtro illi, qui aduerſantur pacifico ſtatui domini, & communis Mediolani, & ſub rubrica de pœna tractantium contra pacificum ſtatum communis Mediolani, ſic ſi *Qua perſona* ciuitatis Mediolani, & comitatus, vel aliunde, fecerit, tractauerit, vel procurauerit per ſe, vel per alium cum inimicis communis Mediolani, contra pacificum, & bonũ ſtatum domini, & communis Mediolani, ſi venerit in fortiam communis Mediolani, capite puniatur, & ſi non peruenerit in fortiam communis Mediolani, quod banniatur de maleficio, & proditione patriæ, & eius bona publicentur. & ſub rubrica de bonis bannitorum communis Mediolani de rebellione publicandis, *Si quis* bannum de rebellione communis Mediolani receperit, & in eo præterierit, bona eius publicentur, & in commune Mediolani perueniſſe intelligantur, ſaluo iure creditorum, & deſcendentium, prout in ſtatuto de homicidio continetur. & ſi in fortiam communis Mediolani peruenerit, capite puniatur. Rebellis verò communis Mediolani non bannitus puniri poſsit, vel condemnari in auere, vel perſona arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & perſonæ. & ſi quis tractauerit cum talibus inobedientibus rebellibus communis Mediolani, vel quocunque alio ſingulari Collegio, vel vniuerſitate, ex quo ſtatus Domini noſtri, vel communis Mediolani turbaretur, vel turbari poſſet, vel litteras, vel nuntios, ſiue ſpias receperit, vel mandauerit in detrimentum præfati ſtatus, puniatur in auere, vel perſona arbitrio poteſtatis, inſpecta qualitate perſonarum, & facti. & in prædictis caſibus, & quolibet eorum Dominus Poteſtas, & eius Iudices, & quilibet eorum ſuo officio debeant, & teneantur inquirere, & procedere per indicia, argumenta, & tormenta, & omnibus aliis modis, quibus melius videbitur, & punire, & condemnare.

De

Digitized by Google

De confr. prouiſionum fact. ſub Bulletis, & ſtipendarijs fugientibus.

PRouiſiones factæ ſuper bulletis, & ſuper ſtipendiarijs fugientibus, ad voluntatem Domini in ſuo ſtatu permaneant. ✠

De ratificatione prouiſionum factarum contra tractantes contra ſtatum Domini.

PRouiſiones, & ſtatuta communis Mediolani facta anno 1330. & ab inde citra contra tractantes, vel procurantes contra ſtatum præſentem, vel mittentes, vel recipientes litteras a rebellibus, vel ad rebelles in ſuo ſtatu ad voluntatem Mag. D. noſtri pe. maneant. ✠

De Blaſphemia.

DE crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, non ſubijcio, quoniam hoc ſpectat ad forum Eccleſiaſticum. ſtatutum Mediolani de pœna damnati de hæreſi, ſic *Damnati* de hæreſi poſſint corporaliter puniri pœnis tàm legibus, quàm canonibus compræhenſis. *Clar. § de hæreſi.* ✠

Species criminis læſæ Maieſtatis Diuinæ dicitur etiã blaſphemia, quæ tribuit Deo, quod non habet, vel diminuit quod habet quoad blaſphematorem. & blaſphemia alia principaliter tendit in Deum, alia in eius Sanctos, & alia eſt grauior altera, nam illa, quæ vituperat Deum velut dicendo renego, potta, al diſpetto di Dio, & ſimilia, dicitur atrox blaſphemia, & ob blaſphemias Demittit fames, & peſtes, tempeſtates, & terremotus. Hinc leges armant ſe cõtra hos maledictos, & impuros blaſphemantes. & Dux Mediolani conſtituit graues pœnas contra eos. vti ex decreto, quod in hæc verba ſonat. *Seuerè* puniendi ſunt hi, qui ſalutis æternæ immemores, Deum, & glorioſam Virginem Mariam, Sanctoſq; conuitiis, & contumeliis multis modis afficiunt, ea propter ſancitum eſt *De illo crimine vide Plotum in tracta. de blaſphem.* ✠

hos

Digitized by Google

hos blaſphemos,& maledicentes Deo, Virgini Mariæ, & Sanctis, ſeu alicui ex eis verbo, vel facto,& ſiue id faciant irati, ſiue non,& in loco publico fiat, hoc modo eſſe puniendos, pro prima vice, in aureis decem, pro ſegunda, in aureis viginti, quos ſi intra triduum non ſoluerint, virgis cædantur, vel ictibus tribus ecculei: pro tertia verò vice lingua ſecanda eſt. §. intelliganturq; loca publica hæc eſſe ecclesia, platea, via publica, hoſpitiū, appotheca, vel alius locus etiam priuatus, in quo congregentur homines ad aliquod eius negotium, modo tamen ſint numero quatuor, vltra familiam illius, cuius is locus eſt. §. ſi verò in priuato factum fuerit, pro prima, & ſecunda vice, medietate dictæ pœnæ puniendi ſunt, pro tertia verò in aureis viginti, quos ſi intra triduum non ſoluerint, pœna corporali, qua ſupra puniendi erunt, quod ſi reiterauerint, puniantur ii blaſphemii pœna vltimi ſupplicii, vel triremiū, arbitrio Principis, vel Senatus. § eo amplius iuſdicentibus præmiſſum eſt, quod ſi eis in quolibet caſu præmiſſorum atrox, vel blaſphemia, vel conuitium viſum fuerit, Senatum conſulant, qui ſecundum qualitatem caſuum, dignam pœnam, & maiorem imponet. Mercatores, & qui artificium exercent,& Domini, qui famulos habent,& audiuerint aliquem, vel famulum, vel artificem blaſphemare, intra vnam diem expellāt,& item Iudici deferant, aliàs eiſdem pœnis, quibus delinquentes, teneantur. § prohibitum eſt etiam ne quis permittat in eius domo publicè ludere (vt vulgo dicitur) à Zirro; nec alio modo in ludis prohibitis ſub pœna contrafacientibus, & ludentibus ictuū trium ecculei. §. ſacras autem imagines Dei, Virginis Mariæ, vel Sanctorum percutientes, vel cum iniuria deturpantes quomodocunque, manu dextera, vel ſiniſtra, in qua ſint magis potentes, priuentur, & ſecundum qualitatem caſus, grauiori pœna plectendi ſunt, arbitrio Principis, vel Senatus;& hoc pro prima vice: in vlteriori autē pœna vltimi ſupplicii, vel triremium arbitrio, ut ſupra puniantur, §. Antiani parochiarum, & Conſules terrarum, & locorum; qui prædicta in præſenti conſtitutione contenta audiuerint, uel ab aliis intellexerint, teneantur ſub pœna priuationis officii, & aureorum decem denunciare

Vide conſultū Senatus diei 11 Ian. 1551. in hac materia.

tiare

tiare Iudici illius loci, in quo crimen commiſſum eſt. §. Iudices Mediolani ſuper præmiſſis erunt Prætor, & Capitaneus Iuſtitiæ; in aliis Ciuitatibus, & locis prætores, & Iudices ordinarii, qui in prædictis criminaliter procedent, & ex officio. & prout in delictis, in quibus pœna ſanguinis ingeritur, procedi ſolet, & animosè procedant, cauſaſque intra menſem expediant, ſub pœna ſoluendi pœnam ex ſuo ære proprio, & âlia grauiori arbitrio Principis, uel Senatus. §. notarii eorum diligentes ſint in præmiſsis, aliàs in eorum ſyndicatibus ratio habebitur, & de negligentia punientur, ac ſi delicta præmiſſa commiſiſsét. §. eo amplius Mediolani Notarij notificare intra vnam diem neceſſe habent deputatis ſanitatis quærelas, & denuntias eis porrectas, ſub pœna quadrupli, & ſuſpenſionis ab officio per annum, & in alijs ciuitatibus, & locis deputatis illorum piorum locorum, quibus pœna applicanda eſt. §. harum autem pœnarum in pecunia conſiſtentium medietas accuſatori, alia medietas Mediolani officio ſanitatis cedet, & in alijs ciuitatibus, & locis. in illis locis pijs, quibus per Præſidentes ciuitatum, & locorum ordinatum erit eſſe applicandas: §. accuſatores ſecreto tenebuntur, & dictum præmium conſequentur, ita demũ ſi intra quindecim dies quærelam, & denuntiam deferant, quæ vltra eum terminum deferri non poſſint. §. ſancitum eſt in Eccleſia maiori Mediolani, & in aliis ciuitatibus, & terris mœniis; vel vallo circundatis, in principalibus eccleſijs capſam vnam clauſam poni debere, cuius clauis Mediolani erit penes deputatos ſanitatis Mediolani, in aliis panes ad id præfectos. licitumq; ſit omnibus ſcriptulum in ea capſa deferre, in quo contineantur nomina, & cognomina prædicta committen. dies, & & locus commiſſi delicti, nomina, & cognomina teſtium. Hi habebunt medietatem pœnarum, de quibus ſupra. §. teneanturque deputati ſingulis tribus diebus eam capſam aperiri facere, & videre an aliqua delata ſint ad effectum, vt iuſdicentes ſecundum hanc conſtitutionem procedere poſſint.

Si autem de homicidio agatur, ſciẽdum erit homicidiũ: In genere dici hominis occiſionem: quod multipliciter contingere

Clar. in §. homicid. C. i l. Boſſ & Ange. & Bonif. Vitalin t. 335 ſub rub. de homicid. & qui dicantur homicidæ.

contingere poteſt. nam de homicidio tenetur ille, qui hominē doloſè occidit qualitercunque occidat, ſiue gladio, ſiue veneno, ſiue manibus ſtrangulando, ſiue ſit maior, ſiue infans, ſiue prudens, ſiue inſipiens occiſus; vel qui furtiuè, vel palàm cum telo doloſè ambulauit, & aliquem animo occidendi vulnerauit, vel traxit gladium contra eum, perueniendo ad actum, & percutiendo animo deliberato vulnerandi, & occidendi, licet non occiderit. vel qui Iudex operam dedit, vt aliquis accuſatus, vel inquiſitus falſo aliquid fateretur, per quod innocens damnaretur poſtea ad mortem, vel per pecuniam receptam, vel ira motus aliquem innocentem ad mortem condemnauit, vel ob pecuniam tulit falſam ſententiam mortis contra aliquem. vel qui venenum malum ſcienter fecit cauſa occidendi aliquem, vel dedit ad occidendum, etiam ſi homicidium nō ſequatur. vel qui teſtimonium falſum tulit, vel qui ferri fecit contra aliquem, per quod quis condemnatur ad mortem contra ius. vel qui dat aliquid mortiferum bibere, vel comedere, vt puta venenum, mandragoram, vel ſerpentem, vel cicutam, vel quid ſimile, vel qui ducit aliquem per aliquam viam, vt occideretur doloſè, ſciens ibi eiſe eius homicidas, vel inimicos eius. qui fuit autor ſeditionis. qui caſtrauit hominem, vel puerum cauſa libidinis faciendæ. vel qui mulierem coegit, vt eiiceret partum. vel mulieri dat bibere, vel comedere, vel qui partum iam animatum eiecit, vel qui, quæ ue facit, vt nec vir, nec vxor poſsit generare, vel ne mulier poſſit parere partum. vel quæ mulier ſibi manus iniecit, vt partum eiiceret, vel qui ſe caſtrari fecit, & illum caſtrans, & qui fecit inſtrumentum ad hominem caſtrandum. Et Clarus dicit homicidium eſſe duplex nempe ſimplex, & deliberatum; ſimplex autem illud dici, quod committitur ſine qualitate animi deliberati, hoc autem quod committitur cum illa qualitate. Item homicidium ſimplex committi vno ex quatuor modis. ſ. neceſſitate. vt cum quis ad ſui neceſſariam defenſionem, alium interfecit, quod etiam procedit non ſolum pro defenſione vitæ, & corporis ſui, ſed etiam pro defenſione rerum ſuarum, necnon proprii honoris, & etiam pro defenſione eorum, qui ſunt ſanguine

§. homicidium.

con-

Digitized by Google

coniunꝺi,imò etiam pro defenſione alterius extranei: aut caſu; cum quis alium occidit ſine culpa, aliud facere cogitans. veluti in eo, qui ludebat ad iacendum palum, vel balonum in loco ſolito hominem interfecit? culpa verò: quando quis non doloſè, neque animo occidendi; ſed inaduertenter alium interfecit: quæ culpa lata eſſe debet ad hoc vt criminaliter quis puniri poſsit. V. G. in illo architecto, qui aſcendit machinam, & eam non ligauit ſufficienter,& machina tota decidit ſuper caput exiſtentis ſub ea,& occidit eum, vel in refectore tectorum, qui non propoſuit ſignum, vt ab omnibus euitari poſſet locus, & cecidit tegula,& pertranſientem obruit, vel in eo, qui aſcendit arborem, & pertranſeuntes incautos non admonet clamando, guardate, guardate,& cecidit lignum, & interfecit, & ſic de alijs. Doloſum autem homicidium dicitur, quando quis animo aliquem occidendi, illum interfecit. quando tamen hæc deliberatio occidendi, non ex interuallo præceſſit,ſed in rixa, vel calore iracundiæ ſuperuenit. & dicitur calor iracundiæ durare per quadraginta horas. deliberatum autem homicidium quatuor modis dicitur .ſ. ex propoſito abſque aliqua qualitate, vt cum quis aggrediatur alium præuia animi deliberatione, ex interuallo præcedente, & illum interfecit, ſecundo ex inſidiis, quando quis expectat aliquem poſitus in loco, qui ab illo præuideri veriſimiliter non poterat animo eum occidendi, illumq; ex improuiſo venientem aggreditur,& interficit. tertio proditorjè cum aliquis nulla præcedente inimicitia alium interfecit, vt puta veniens aliquis tamquam ſocius cum aliquo in itinere, ſocium nulla interueniente rixa interfecit, vel dum fingeret ſe eſſe amicum atergo percesſit: quarto per aſſaſſinium, quando fit pecunia interueniente, & de homine chriſtiano vnde aſſaſſinus ille dicitur, qui aliquem chriſtianum occidit pecunia, vel mandat alteri, ſiue chriſtiano, ſiue infideli occidi precio dato, vel promiſſo. Et ſtatutum ſic loquitur, *Si quis* aſſaſſinauerit, vel aſſaſſinari fecerit aliquem, trahatur ad caudam equi vſque ad furchas,& ibi ſuſpendatur per gulam, ita quod moriatur, aſſaſſinus ſit, & intelligatur qui precio, vel promiſſione accepta aliquem interfecerit, ſimiliter

Digitized by Google

militer aſſaſſinus ſit, & intelligatur, qui precio dato, vel promiſſo fecerit aliquem interfeci.

Bonifa de vitalin. in rub. de parricidijs.

Parricidium autem dicitur propriè parentis cædium, & ille committit hoc crimen, qui patrem; matrem, auum, vel auiam, fratrem, vel ſororem, patruelem, vel matruelē, auunculum, amitam, conſobrinum, vxorem, nurum, generum, ſocerum, ſocium, priuignum, vitricum, patronum, vel patronam occidit, vel auus nepotem, vel pronepotem; Item filius, qui emit venenum, vt patri daret, vt quamuis dare non potuerit, item medicus, qui ſcienter, & doloſè venenum dedit filio, vt patri daret. Item pater, qui occidit filium ſuum adulterātem vxorem ſuam. Item creditor, qui ſcienter, & doloſè mutuauit pecuniam filio ad emendum venenum, vt patri daret, vel cum pecunia ipſa faceret ipſum occidi. ſed & omnes conſocij, participes, agentes, & conſentientes, & conſilium doloſè, & ſcienter dantes adducamus modo verba Nouarum Conſtitutionum circa hanc materiam. ✠ *Latrones* viarum, & hoſtili more inuadentes territoria Principis, & vias publicas, ſi homicidium non commiſerint, hoc modo puniantur, vt vinctis manib. ad caudam vnius equi alligentur, & per publica loca illius ciuitatis, vel loci vbi pœna imponetur, ducantur ad locum iuſtitiæ viui, horis, quibus maior pars hominum conuenire ſolet, & furcis ſuſpendātur, laqueoq; inhibi vitam finiant. §. ſi verò robariam, & homicidium commiſerint, vel homicidium tantùm, grauiori pœna plectendi ſunt: nam poſtquam ad locum iuſtitiæ modo præmiſſo ducti fuerint, ibi cum textura membrorum ſuorum in rota lignea intexi debent. Occidens doloſè Dominos, vel perſonas, cum quibus habitat, & moram trahit, vel vxorē, aut liberos, aut aliquem prædictorum, aut alicuius eorū, eadem pœna puniatur, §. dantes ad præmiſſa in præſenti ſanctione comprahenſa ſcienter, & doloſè ad id auxilium, vel conſilium, eiſdem pœnis teneantur. §. Receptātes ſcienter prædictos, vel aliquem prędictorum, ducantur viui ad caudam equi ad locum iuſtitiæ, & ibidem laqueis furcis ſuſpendantur, donec animam emittant hi tamen receptatores puniendi non erunt, ſi infra ſecundam diem poſt receptationem delinquentes Iudici competenti conſigna-

Digitized by Google

ſignabunt,vel operam efficacem nauauerint , vt conſignẽtur,§. bona * res, & iura præmiſſorum omnium ex tempore commiſsi maleficij ipſo iure,& facto publicata , & confiſcata ſint , & eſſe intelligantur fiſco, ſecundum formam aliarum conſtitutionum .

Cõfiſcatio bonorũ facięda eſt iuxta conſuetudinẽ loci in quo quis deliquit vt in decreto Senatus diei 19. Decembris 1548

Quicunque cuiuſuis ſexus in mortem alterius coniurauerit,ſiue ſequutus fuerit effectus, ſiue non, & quicunque huiuſcemodi coniurationis , & tractatus particeps erit,citra ſpem remiſſionis, laqueo vitam finiat , aut capitis amputatione puniatur, ita quòd moriatur . bona qui omnia fiſco ſecundum aliarum conſtitutionum formã deuoluantur ; ſi quis verò, horum participum huiuſmodi tractatus, & coniurationis, eam , antequam effectum ſortiatur, detexerit , is qui primus detexerit , ab omni tam perſonali, quàm reali pœna ſolutus , & liberatus intelligatur,& ei in præmium quarta pars bonorum principalis, & auctoris coniurationis detur. §. vbi tamen aliquis eorum,qui tamen principalis non ſit , & ex cauſa prædicta exul fuerit, alterum ex ea cauſa exulem tam in dominio, quàm alibi occideret, vel viuentem in poteſtatem Principis conſignaret,ei quoad perſonam gratia fiat , dum tamen in caſu , quo ſequutum ſit homicidium , pacem habeat,& ſi ipſe exul nõ fuerit,poſsit aliũ ex pari cauſa exulẽ nominare , & liberare. §. feudatarij, & quicunque alii ſubditi ſcienter alicui ex huiuſmodi homicidis auxilium dantes,vel vbi præſentes ſint, in domo, vel in loco infeudato admittentes,incurrant eandem pœnam,quam homicida : feuda , iura , actiones , bona , & donata à Principe quocunque tempore ipſo iure amittant . §. ſub ea pœna tenentur eos capere , & officialibus conſignare . quod ſi facere non poterunt, in tempore detegant, aut denuntient .

Mandantes extra rixam homicidium, aut aliud quoduis maleficium committi, etiam ſi homicidium , vel aliud delictum nullo modo ſequatur , nec attemptetur, puniantur ea pœna, quę ipſi mandatario , caſu quo delictum conſũmaſſet, impoſita eſſet . §. eadem quoque pœna tenentur mandatarij,qui ſiue gratis,ſiue precio,vel alio quouis modo mandatum ſuſcipient extra rixam,homicidium gladio,

Digitized by Google

vel veneno, aut alio quouis modo committendi, etiam ſi homicidium ipſum non ſequatur, ſeu attemptetur, qua puniri deberent, ſi homicidium perpetraſsent: §. quòd ſi nec vulnus, nec conſumatio criminis interuenerit, liceat mandantibus poſt factum mandatum pœnitere, & illud reuocare, modo tamen ex eo mãdato, aut eius cauſa factum, aut attemptatum delictum non ſit, aut ante mandati reuocationem Iudici delatio facta non fuerit, & reuocatio mandatario infra illud tempus re integra intimata fuerit. §. mandatariis quoque permiſſum eſt (vbi tamen homicidium commiſſum, vel attemptatum non ſit) poſt ſuſceptum mandatum, pœnitere, & eam mandati ſuſceptionem reuocare. Quibus per mandantem, & mandatarium non ſeruatis, pœnitentia, nec reuocatio dati, vel ſuſcepti mandati allegari, nec ipſis opitulari poſsit, ipſiſq; mandantibus, & mandatariis onus incumbat probandi pœnitentiam, & reuocationem dati, ſuſceptiuè mandati, modo quo ſupra; §. ſi mandatarii crimen deferant, & ex delatione mandantes conuincantur ea, quę conuenta erunt, inter ipſos, & mandantes, & tantumdem de bonis mandantis in præmium delationis habebunt. §. quòd ſi ſe gratis obtulerint, condemnatione ſequuta, tenetur fiſcus ex bonis mandantis eiſdem viginti quinque aureos dare, & etiam maiorem ſummam arbitrio Principis, vel Senatus, inſpecta qualitate facti, & perſonarum. §. quòd ſi mandans mandauerit homicidium, vel aliquod aliud delictũ committi; & mandatarius recuſet, mandans puniatur etiam vſque ad mortem incluſiuè arbitrio Principis, vel Senatus.

Homicida capite puniatur, ita quòd moriatur. §. & tãquam homicida puniatur quicunque etiam non ſequente morte, tantumodo vulnerauerit, aut inſultum cum telo euaginato fecerit animo tamen deliberato occidendi, etiã non lædat, vel occidat. §. pari modo intelligatur quicunque huiuſcemodi penſato maleficio auxilium dederit, conſiliumuè, quamuis etiam is manus ad opus non extendat.

Quicunque ſciens aliquem velle committere homicidium, vel aliud delictum, pro quo veniat imponenda pœ-

.ta mortis naturalis,eum receptauerit ante commiſſum de ..ictum,vel aliter ſciens ad id auxilium præſtiterit, puniatur ea pœna, qua principalis puniendus eſſet. §. receptans autem ſciens poſt delictum puniatur pœna centum aureorum, vel trium ictuum funis, & grauiori arbitrio Principis,vel Senatus, §. ſi quis verò auxilium in rixa,ad delicta præmiſſa committenda dederit, puniatur arbitrio Iudicis iuxta qualitatem facti.

Si quis ex propoſito aliquid fecerit, vt ex eo ſequatur abortus,vbi fætus ſit animatus,puniatur pœna vltimi ſupplicii,& confiſcationis bonorum: quod ſi fœtus non ſit animatus, puniatur ſecundum qualitatem facti, arbitrio Principis,, vel Senatus. §. vbi verò non ex propoſito, ex quo ſequatur abortus, ſed alio modo aliquid fecerit, propter quod abortus ſequutus ſit; pœna arbitraria etiam, vſque ad mortem arbitrio Senatus puniendus eſt.

Statuta verò ſic diſponunt, *Si quis* homicidium fecerit, & ad rationem venerit,& conuictus, vel confeſſus fuerit, capite puniatur, ita quòd moriatur, ſi verò ad rationem non venerit,in banno ponatur de homicidio, in quo ſi fuerit præteritus, & poſt modum in fortiam communis Mediolani peruenerit capite puniatur, ita quòd moriatur, & hoc caſu videlicet quando præteritus eſt in banno, bona publicentur,& bona in commune Mediolani perueniant, ſaluo iure creditorum contra commune Mediolani,& bona, quę fuerint præteriti in banno, & ſaluo iure deſcendentium ipſius præteriti in dicto banno, in debita iure naturæ, ita quòd quilibet deſcendens habeat ſuam legitimã portionem debitam iure naturæ, & de bonis præteriti in dicto banno, quæ debent publicari, medietas ſit commumunis Mediolani, & alia hæredum occiſi. temperamentum adiicitur prædictis, niſi occiſus in banno maleficii eſſet,ex quo pæna mortis veniret ingerenda, vel niſi de nocte in domo, vel Curte ſua eum inuenerit ad vxorem, vel ſororem, vel filiam, vel matrem turpiter; vel malo ordine cum eis, vel aliqua earum ſtantem, vel furantem, quibus caſibus,vel aliquo eorum occidi,& offendi poſſit. Parricida capite puniatur, ita quod moriatur.

Digitized by Google

De pœna deferentis hominem occiſum intra muros Ciuitatis.

NVllus hominem occiſum, vel fœminam occiſam, intra muros Ciuitatis deferre præſumat, vel deferri faciat, & ſi contrafactum fuerit, puniatur quilibet contrafaciens, & dans operam, vt contrafiat, in libris centum terciolorum, in quam pœnam incurrat ipſo iure, & exigatur abſque alio proceſſu.

Quicunque enſem, vel gladium animo aliquem offendendi, ad præſentiam Principis enudauerit, capite puniatur, ita quòd moriatur & bona omnia confiſcentur. §. ſi verò id actum fuerit in loco, vbi Princeps habitat, & exinde percuſsio cum ſanguine facta fuerit, eadem pœna puniatur. vbi verò ſanguis non exiuerit, etiam ſi delictum conſumatum non fuerit, ei manus, in qua magis poteſt, abſcindatur. §. ſi autem, quis in curia, in qua Senatus, & cæteri Magiſtratus reſident, & in platea, quæ e regione curiæ eſt, enſem, & gladium enudauerit, & percuſsionem cum ſanguine fecerit, amputetur ei manus, in qua plus poteſt. ſi verò non percuſſerit, amputanda ei manus, in qua minus poteſt; §. quicunque verò in præmiſsis locis ſine armis pugno, vel manu aliquem percuſſerit, & ſanguis exiuerit, ictibus tribus ecculeis plectendus eſt, & carceri per menſem mancipandus, & alia grauiori pœna ſecundum eorum locorum qualitatem arbitrio Principis, vel Senatus puniendus. ſi ſanguis autem non exiuerit, ictibus duobus funis, & alia grauiori vt ſupra, plectendus eſt. §. vbi autem baculo, vel lapide aliquem percuſſerit, & ſanguis exiueritr præmiſſa pœna duplicanda eſt, & parimodo duplicanda eſt, ſi ſine ſanguine id factum fuerit.

Abutentes armis, ſi fuerit de die, condemnentur in tribus aureis, ſi de nocte, duplicetur pœna. ſequuntur ſtatuta de inſultibus.

Digitized by Google

De pœna facientis inſultum, & non percuſsionem.

SI quis fecerit inſultum contra aliquem, & feritam non fecerit, ſoluat communi Mediolani libras vigintiquinque tertiolorum in pecunia numerata. ſi verò ſine armis, ſoluat communi Mediolani libras decem tertiolorum in pecunia numerata. ſi verò in broleto nouo, vel veteri communis Mediolanì infra confinia Broleti noui, quòd pœna duplicetur. & de prædictis pœnis, & bannis medietas perueniat in offenſum, vel eius hæredes, & alia medietas in commune Mediolani.

De eodem ad domum habitationis.

SI quis inſultum fecerit ad domum alicuius, in qua habitat, ſiue ſit ſua propria, ſiue conducta, ſiue gratis conceſſa, ſi cum armis fecerit, condemnetur in lib. 200. tertiolorum. & ſine armis in lib. 100. & minus in vtroque caſu arbitrio Poteſtatis inſpecta qualitate facti, & perſonarum, & de prędictis pœnis, & bannis medietas perueniat in offenſum, vel eius hæredem, & alia medietas in commune Mediolani. saluò ſi fuerit inſultus, aut percuſſio ad domū, uel in domo habitationis alicuius inter perſonas habitantes in eodem hoſpitio, aut ſedimine, uel domo; quod pro tali inſultu, uel ferita non puniatur ultra quàm aliàs puniri poſſet ſecundum formam ſtatutorum communis Mediolani, ſi fieret inſultus, uel percuſſio alibi, quàm ad domum habitationis inſultati, uel percuſsi.

De pœna facientis percuſſionem cum gladio vetito, ſi non occiderit.

QVicunque cum gladio uetito percuſſerit, & non occiderit, ſed membrū debilitauerit in totum, condemnetur in libris quingentis tertiolorū, ſi verò non debilitauerit

uerit in totum, & debilitatio tamen fuerit atrox, condemnetur in libris centum tertiolorum, & an ſit atrox debilitatio, vel ne, ſtetur arbitrio Iudicis, & ſi membrum non fuerit debilitatum, ſi ſanguis exiuerit, & cicatrix remanſerit & in collo, & a collo ſupra, condemnetur in libris centum viginti tertiolorum. & ſi à collo infra condemnetur in lib. 150. tert. & ſi cicatrix non remanſerit, & percuſſio fuerit in colo, & à collo ſupra condemnetur in lib. 120. tert. ſi verò ſanguis non exiuerit condemnetur in libris quinquaginta tert. & ſi in circuitu Broleti noui, vel veteris in confinis Broleti noui, quæ confinia intelligantur, vbi depincta ſunt arma in circuitu Broleti noui, vel de nocte percuſſerit in quolibet caſuum prædictorum pænæ duplicentur, & ſi ex prædictis cauſis, vel aliqua earum. In banno præterierit, quòd pænæ duplicētur, & eo ſoluente dictas pænas, extimatur de banno, & de prędictis pænis, & bannis, medietas perueniat in offenſum, vel eius hæredes, & alia medietas perueniat in commune Mediolani.

De eodem.

SI *quis* fecerit inſultum contra aliquem, & in ipſo inſultu per ipſum facta fuerit ferita, puniatur pro ferita tantùm, ſecundum diſtinctionem caſuum poſitorum in ſtatuto incipiente quicunque cum gladio, ſi quis ſiue gladio vetito, & in ſtatuto incipiente quicunque cum gladio, & cętera, niſi maior eſſet pæna, quæ veniret imponenda, tam propter inſultum, quàm propter feritam, quo caſu puniatur pro delicto, ex quo maior imponeretur pœna. ſi verò homicidium fuerit ſequutum, puniatur pro homicidio.

De eodem ſine gladio vetito.

SI *quis* ſine gladio vetito percuſſerit, & non occiderit, ſed membrum debilitauerit in totum, condemnetur in libris quingentis tertiolorum. ſi verò non debilitauerit in

totum,

Digitized by Google

totum, & debilitatio tamen fuerit atrox condemnetur in libris ducentum tertiolorum, an verò fuerit atrox debilitatio, vel ne., ſtetur arbitrio Iudicis, & ſi membrum non fuerit debilitatum, ſi ſanguis exiuerit, & cicatrix remanſerit in collo, & collo ſupra condemnetur in libris quinquaginta tertiolorum, à collo uerò infra condemnetur in libris triginta tertiolorum. Et ſi cicatrix non remanſerit, & percuſſio fuerit in collo, vel à collo ſupra condemnetur in lib. xxx. tertiol. & ſi à collo infra condemnetur in libris xxu. tert & ſi ſanguis non exiuerit, puniatur arbitrio Poteſtatis dum condemnatio non excedat quantitatem librarum vigintiquinque tertiolorum, & ſi in Broleto nouo, vel veteri, vel confiniis Broleti noui, quæ confinia intelligantur vbi depicta ſunt arma in circuitu Broleti noui, vel de nocte percuſſerit in qualibet caſuum prædictorum pœnæ duplicentur, & ſi ex prædictis cauſis, vel aliqua earum in banno pręterierit, quòd pœna duplicetur, & eo ſoluente dictas pœnas, eximatur de banno, prædicta intelligantur, niſi percuſſerit ioculatorem, vel ioculatricem, aut pędiſſequam, vel ſoldatum, vel magnificum, vel adadum, vel ſcutifferum, vel mercenarium, ſtantem ſecum. Et habeant locum prædicta tantùm in maioribus annis xiiij. In minoribus verò annis quatuordecim committentibus contra prædicta, ſeu aliquod prædictorum contentorum in præſenti ſtatuto, nulla pæna imponatur, & de prædictis pænis, & bannis medietas perueniat in offenſum, vel eius hæredes, & alia medietas veniat in commune Mediolani.

De membri amputatione, oculi auulſione, & ſgaratatis.

QVicunque auulſerit alicui oculum, vel oculos, vel naſum amputauerit, vel aliquem ſgaretauerit, vel alicui membrum, vel membra amputauerit, & citatus fuerit, vel aliter ad rationem venerit, ſeu comparuerit, condemnetur, & puniatur in libris quingentis tertiolorum, pro quolibet ipſorum delictorum, ſi verò ad rationem nõ venerit, & in banno præterierit, prædicta pœna dupliciter,

uide Bonif. titu. 355. Boſſ. fol. 228. alioſq; de crimine peculatus.

niſi habuerit pacem cum offenſo, quo caſu puniatur tantùm in prædictis libris quinquagentis tertiolorum, quarum narum medietas perueniat in commune Mediolani, & alia in offenſum, uel eius hæredes.

Quod pœna non augeatur pro feritis commiſſis in carceribus.

PRo feritis commiſsis in carceribus, non augeatur pœna pro eo, quòd fuerit facta ferita in Broleto, uel confiniis Broleti, uel de nocte. Crimen peculatus committit ille, qui pecuniam publicam aufert, uel furatur, uel in ſuam rem, uel utilitatem conuertit, uel facit, ut ab alio auferatur, uel in rem alterius conuertatur, uel qui miſit aurum, uel argentum Reipub. dolo cum alio, uel qui pecuniam publicam deſtinatam ad faciendum aliquid opus publicum non poſuit, & ſibi retinuit, uel qui pecuniam publicam factam ex uenditione rei alicuius pertinentis ad rem publicam, uel habitam ex locatione Reipub ſibi retinuit, uel qui ſurripuit tabulas fiſci, nedum Reipub. uel qui facit copiam alicui ad ſcribendum rationes publicas ſine iuſſu illius, qui talibus præeſt, uel maſſarii communis, uel qui pecuniam Reipublicæ non poſuit in armario, ſed ſibi retinuit, uel qui ſcribit in rationibus publicis, ſe minorem accepiſſe pecuniæ ſummam, quam re uera accepit, uel qui poſuit, & immiſit aliquid in armario, ut inde furaretur pecuniam, uel aliud. uel qui muros perforauit, & inde aliquid accepit. vel qui ſurripuit prædam captam ab hoſtibus. In crimen autem l. Iulæ, de reſiduis incurrit, qui pecuniam illi datam pro aliquo opere publico faciendo, non exponit, ſed ſibi retinuit, & in ſuos vſus conuertit, vel qui fecit aliquod opus, & pecuniam, quæ ſuperfuit, non reſtituit, ſed in vſus ſuos conuertit.

Prædictis addi poterit conſtitutio ſub titulo de iure, & priuilegio fiſci, ſic diſponens *Nemini liceat capere*, vel accipere indebitè pecuniam, vel rem Principi, vel fiſco pertinentem, nec acceptam retinere, etiam ſi licitè accepta, foret tamen reſtituenda, ſub pœna quadrupli, in quam pœnam contrafaciens ipſo iure incurrat, §. hæc tamen

a. nemin. ✠

con-

Digitized by Google

conſtitutio non componit perſonas ad id deputatas, de publico. Et conſtitutio de officio quæſt. red. ordinariorum capitulo inquirere etiam Magiſtratus debet, an aliqui ſint, qui directè, vel per indirectum ſe de redditibus, & impenſis ad Fiſcum pertinentibus intromittant, eoſque cuiuſcuuque ſtatus, & conditionis ſint, etiam ſi Principi aſſiſtant monere, vt ſine Magiſtratus ſcientia ſe de his non intromittant, & ſi id iuſſu Principis fecerint quamprimùm ea omnia Magiſtratui notificent, vt debitæ ſcripturæ fieri poſſint, niſi ex aliqua cauſa ea Princeps ſecretò tenere voluerit, qua cauſa ceſſante omninò notificanda ſunt, aliter non notificantes Fiſco ad intereſſe teneantur, puniendiq; erunt Principis arbitrio, & ſi eos monuerit Magiſtratus, & moniti parere noluerint erit eius officii Principem certiorem reddere, ſub pœna ammiſſionis ſalarii ſex menſium. §. & etiam officii Magiſtratus erit diligenter ſeruari ſi ab aliquibus, præſertim officialibus Principis aliqua fiant, vel tractentur, quæ cedant, vel cedere poſſint in Fiſci detrimentum, & repertos culpabiles cum agentibus; & conſentientibus punire, inſpectis qualitate perſonarum, & delicti, ac quantitatem damni, & non ſolum officiales delinquentes, ſed etiam eos, quos cognouerit negligentes eſſe in denunciando Magiſtratui alios contrafacientes.

De ambitus crimine.

De ambitus crimine tenetur ille, qui dat occultè pecuniam, vt habeat aliquod officium adminiſtrandæ iuſtitiæ. Item Officialis, qui eſt in officio, & dat pecuniam, vt confirmetur in tempore ſequenti, vel qui rogauit aliquos pro aliquo officio habendo. Item qui ſecundo anno continuando ſuſceperit illud idem officium. Item qui literas impetrauit pro officio habendo, vel qui nouum vectigal inſtituit, ſed capita huius legis non videntur nunc obſeruari. vnde exclamat ex intimo, & vehementi corde quidam doctor, quòd officia conferantur indignis, & non dignis, cũ tamen officia ſint conferenda fugientibus, & non petentibus, & ſi vera fateantur, vereor ne hac noſtra tempeſtate plerique incurrant damnationem animarum ſuarum ob hanc ambitionem.

Iodoc. de emptione officiorum f. nu. 223. c. 131. & Boſſ. nu. 5. Bonif. de Vit. f. nu. 375.

Crimen repetendarum cõmittit ille officialis, qui acce-

pit pecuniã ab aliquo, vt iudicet aliquid, vel nõ iudicet, vel decernat officium, vel honorem alicui, vel non decernat, vel vt quid aliud faciat, vel non faciat. Item & qui accepit pecuniam, vt ipſum ponat ad aliquid officiũ, vel imittat ad aliquam regionem, vel ponat in aliqua ſocietate.

Item ille, qui accipit pecuniam ad dicendum, vel non dicendum teſtimonium contra aliquem, vel vt plus, vel minus faciat quàm facere debeat. Item qui accepit pecuniam, vt non mittat militem, vel cuſtodem ad aliquem locum, vt non legat aliquem in conſilio, vel vt accuſet aliquem, vel non, vel ſimilia faciat, vel nunciet. Item & ille, qui accepit pecuniam, vt det arbitrum, vel Iudicem certam perſonam, vel vt tali modo iudicet contra aliquem, vel vt non præcipiat quod de iure præcipere debet, vel vt aliquem poneret ad torturam, vel in carcerem contra ius, vel vt non ponat, vel condemnet, vel abſoluat, vel vt faciat maiorem, vel minorem æſtimationem bonorũ, quàm facere deberet, vel vt non deſſignet bladum, quod deſſignare debebat, vel vt non vadat ad exercitum, ſi ire debet, & ſic in ſimilibus. nam officialis debet eſſe mundus ab omni munere, nec ei licet accipere aliquid vltra ſuum ſalarium. Hic facere videtur ad propoſitum Conſtit. de ſportulis ſic diſponens, *Omnibus*, & ſingulis Gubernatoribus, Capitaneis, Commiſſareis, Prætoribus, Aſſeſſoribus, Vicariis, Iudicibus, & quibuſcunque aliis Magiſtratibus quacunque dignitate fulgentibus, & quocunque nomine nuncupentur, etiam ſi eos contingat exercere iuriſdictionem, necnon omnibus Aduocatis, & Sindicis Fiſcalibus huius dominii Mediolani hac ſanctione interdictum eſt ne quidpiam accipiant, neque acceptent, nec in magna, nec etiam minima quantitatę directè, nec per indirectum, nec ſub colore ſportularum, aut honorarii, vel alio velamine in tractandis, aut terminandis cauſis criminalibus ab alterutra ex partibus, aut agentibus per eis. §. Pari modo notariis, ſcribis, commentarienſibus, & aliis, qui officia exercent, aut munera ſuſtinent in huiuſcemodi cauſis criminalibus inhibitum eſt, ne pro actis ſcribendis, ſcripturis recipiendis, ac admittendis teſtium examinationibus, proceſſuum æditionibus, ſententiarum interloquutoriarum

Lib. 2. de ſportulis. ✠

Digitized by Google

toriarum, & diffinitiuarũ pronunciationibus., & traditionibus, aut quibuſuis aliis præeminentiis, & emolumentis, & etiam pro carcere, & eius apertura pro ligatura eorum eculeum, & quęſtionibus exercendis, & denique pro quibuſcunque aliis, in quibus eos pro ſuſceptis muneribus verſari contingat, nihil plus accipiant, aut acceptent, niſi in quantum ſpecialibus ordinibus continetur. Contrafacientibus, & omnibus illis, qui miniſtri, & participes fuerint, pœna eſt priuationis omnium officiorum, quæ habent, & aureorum mille Fiſco appl. & vbi non habeant in ære, luant in corpus arbitrio Principis, vel Senatus; cuius pœnæ pecuniariæ dimidium detur delatori. §. ſententia obtenta per ſordes ſit nulla. Et ſi fortè illemet, quatenus reſpiciat fauorem illius, qui per ſordes, vel munera obtinuit, in cuius fauorem ſententia, aut alia expeditio data pecunia, vel muneribus vtſupra, obtenta fuerit, termino duorum menſium rei veritatem in notitiam primus detulerit, ſententia ipſa, aut expeditio perinde valida ſit, & efficax, ac ſi nullæ ſordes interueniſſent, modo aliàs valida ſit. Et vlterius dimidium pœnæ pecuniariæ conſequetur. Iudices, qui ordinarii ſunt, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus ſalarium accipere non poſſunt, qui autem ordinarii non ſunt, aut qui à nobis delegati fuerint cum auctoritate decidendi, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus cauſis, quarum cognitio aliàs ad eos non ſpectet, non prohibentur quin ſalarium ſententiarum ad rationem vnius pro ſingulo centanario à qualibet partium accipere poſſint, ita tamen quòd quantacunque fuerit cauſæ, extimatio ſumma ducentorum aureorum excedi non poſſit, computatis etiam ſemper pecuniis pro ſcripturis, & motiuis habitis, & alia Conſtitutio ſic diſponit, Si quis in tantam temeritatem proruperit, vt auus fuerit per ſe, vel alium directè, vel per indirectum temptare, ſeu corrumpere officiales, vel iuſdicentes huius dominii, puniatur in pœna aureorum ducentum, vel trium ictuum funis, arbitrio Principis, vel Senatus. *Statutum autem* ſub rubr. de pœna attemptantis corrumpere D Poteſtatem, vel Officialem ſic diſponunt, nulla perſona cuiuſcunque conditionis exiſtat, audeat, vel pręſumat appellare, ſeu temptare

Lib. 4. Si quis pœnis.

Digitized by Google

re Poteſtatem, vel aliquem Vicarium, Iudicem, vel Officialem, vel familiarem Domini, aut Communis Mediolani, cauſa corrumpendi, nec eum corrumpere precio, precibus, vel amore, volendo eum facere declinare à recto tramite iuſtitiæ per quam declinationem Commune Mediolani, vel aliqua priuata perſona lædatur, nec aliquid permittere, offerre, nec dare per ſe, nec alium, neque depoſitum, aut pactum ſub aliqua conditione facere quominus dicti Poteſtas, & Vicarius, Iudices, Officiales, aut familiares dicti Domini, & Communis Mediolani iuſtitiam faciant in iudiciis ſuis, cauſis, petitionibus, & examinationibus, & aliis quibuslibet negotiis tam Communi Mediolani, quàm alicui priuatæ perſonæ ſpectantibus, explicandis, & exequendis ſub pœna librarum quingentarum tertiolorum, & plus, & minus ad voluntatem præfati Domini, ſeu iudicantis inſpecta qualitate facti, & perſonæ. Et ex alio ſtatuto ſub rubrica de pœna officialis Communis committentis fraudem furtum, vel barattariam cauetur. ✠ *Quicunque* Officialis Communis Mediolani fraudem, vel furtum de rebus Communis Mediolani, vel aliqua ſingulari perſona, vel vniuerſitate aliquid indebitè extorſerit, vel damnum alicui ſingulari perſonæ, vel vniuerſitati indebitè dederit, ſeu intulerit occaſione, ſeu prætextu ipſius officii, condemnetur in quadruplum dandum Communi Mediolani, ſi de rebus Communis Mediolani fraudem, vel furtum fecerit, vel ſingulari perſonæ, vel vniuerſitati, à quo prædicta extorſerit, ſeu cui damnum dederit, quando de rebus ſingularis, vel vniuerſitatis extorſerit, vel eis, ſeu alicui eorum damnum dederit. Et inſuper condemnetur Communi Mediolani in libris quinquaginta tertiolorum, & ab officio remoueatur. & de prędictis poteſtas poſſit, teneatur, & debeat inquirere, procedere, & punire ex officio ſuo. Et prædicta locum non habeant, vbi aliter de iure municipali ſpecialiter eſt prouiſum.

De

Digitized by Google

De pœna Datiarij, & Officialis petentis, vel exigentis vltra quàm ſit conceſſum.

SI quis incantator, vel datiarius, vel ſuus Officialis, vel alius prætextu, ſeu ſub colore datii, vel gabellæ, incantus, vel officii, vel bulletæ, vel alicuius exactionis petierit, exigerit, vel receperit per ſe, vel ſubmiſſam perſonam aliquid, quod non ſit conceſſum, vel vltra præſit conceſſum, condemnetur in quadruplum, & ad intereſſe, de quibus credatur vſque in ſol. 10. tertiolorum, referenti cum ſacramento, & vſque in ſol. 20. tertiolorum cum vno teſte idoneo, & abinde ſupra, vt iura deſiderant, cuius pœnæ medietas ſit Communis Mediolani, & alia referentis.

Crimen annonæ committit ille, qui emit bladum cauſa reuedendi, & faciendi careſtiam. Item illi, qui faciunt ſocietatem, & communiter bladum emunt, & vendunt carius, & inde lucrum faciunt. Item qui ſcientes venire naues cum plado, eas faciunt differre aduentum ſuum, vel capere nauem, vel nautam ad hoc, vt non veniant, vel beſtias, vel plauſtra, ut poſſint uendere carius blada. Item quando aliquid fraudis committitur, ſiue commiſcitur in Bladis. inde. & per Noua. Conſt. & per ędicta, quæ quotannis emanant à L. T. ſtatus Mediolani, prohibetur ſfroſium ſub pœna uitæ, & confiſcationis bonorum. Et quando eſt careſtia magna, poteſt per commune ordinari, quòd minori precio conuenienti uendatur, ad hoc ne pauperes famæ pereant, cum omnia ſint communicanda tempore neceſſitatis, quia publica utilitas pręferenda eſt priuatæ, & publicè intereſt, ne perſonæ famæ pereant, cum melius ſit inter homines conuerſari, quàm hominum carere ſuffragijs. *Bonif Vit. fo. 376. b. & Boſſ.*

Falſitas nihil aliud eſt, quàm immutatio ueritatis. Et hoc crimen falſi multipliciter poteſt cõmitti, ſcilicet ſcripto, dicto, facto, & uſu. Et ſcripto quidem ſcribendo falſum, & delendo uerum, uel qui ſignum adulterinum, & non ſuum facit, & dolose, uel cum quid adeſſe, quod abeſt, & abeſſe, quod adeſt, ſcribitur, ut cum ſcribimus abſentes *Bonif. de Vit. f. 370 Clar. Boſſ. Ange. & alijs. De crimine falſ.*

fuiſſe

fuiſſe preſentes, & præſentes abſentes. Dicto autem committitur falſum, puta in teſte, qui ſcienter falſum dixerit, vel verum celat, & ſupprimit, vel in Iudice, qui falſam tulit ſententiam, vel conſilium, vel qui contra leges, & iura pronunciauit. Item qui corrumpit teſtes, Iudicem, & Aduocatum. Item qui allegat falſas leges, vel falſa ſtatuta, vel mentitur Principi, vel Preſidi, vel Papæ, Epiſcopo, vel Iudici. Facto committitur falſum, vt in illo, qui falſat pondera, vel menſuras, vel appoſuit, vel immiſcet picem cum cœra, vel ſepum, vel trementinam, vel oleum, vel fabas, vel quid ſimile, vel es cum auro, vel ſtamnum, vel plumbum cum argento, & ſic in ſimilibus commiſcendo vnam rem cum alia, vel vendendo mixtam, vel falſatã pro pura, & bona, & vera, vel qui vera ſigilla corrumpit, vel falſat monetam, vel qui procurator, aduocatus, & ſimiles, vti tutor, & curator, & Syndicus aperit ſecreta cauſæ aduerſario ſuo, vel inſtrumenta partis aduerſæ ſuæ prodit aduerſario. vel qui aperit ſecretum Iudici. Item & ille, qui emit, & vendit ſcienter cum falſa menſura, vel pondere, vel commodauit falſa pondera, vel falſas menſuras, vel qui mutauit ſibi nomen proprium, vel pro nomen, vel agnomen doloſè, vel in fraudem priuatæ perſonæ, vel Fiſci, vel communis, vel qui aſcribit ſibi aliquam rem fore legatam in teſtamento alicuius, vel ſcribit ſe heredem, vel aliquid ſimile facit, quod tamen quomodo intelligendum ſit, Doctores declarant. ad quos recurrito.

Vſu autem falſum committitur, vt in eo, qui ſe pro milite gerit, vel pro doctore, vel pro Notario, vel Medico, vel qui illicitis inſignibus vtitur, vel falſo inſtrumento, vel falſo ſcripto, vel falſis literis, vel falſis actis ſcienter, & doloſè, & qui aperit literas alienas. Item qui aſſerit ſe procuratorem, & non eſt, & generaliter quotieſcunque veritas doloſè mutatur. Hinc ſtatutum ſub rubrica, quòd requiſitus dicat nomen, & cognomen ſuum. *Quilibet* requiſitus à D. Poteſtate, vel ab aliquo eius Iudice, vel colleterali, vel ab aliquo Magiſtratu ſuum nomen, & cognomen dicere teneatur, & dicere debeat ſtatim nomen ſuum cum ſuo cognomine, & qui contrafecerit, vel nomen, vel cognomen ſibi mutauerit, condemnetur in libris decem ter

tiolo-

tiolorum, & minus arbitrio Poteſtatis.

Et ſub rubrica de moneta falſa, & tonſa. Si quis de cętero fecerit, vel fieri fecerit monetam falſam, vel tonſauerit, vel tonſari fecerit monetam, vel quouiſmodo falſificauerit, vel falſificari fecerit monetam, igne cremetur, ita quod moriatur; ſi in fortiam Communis Mediolani peruenerit. ſi verò ad rationem non venerit; ponatur in banno maleficii; in quo ſi præterierit, nullo modo eximi poſſit, & eius bona publicentur tam mobilia, quàm immobilia, ſaluò iure creditorum, & deſcendentium; vt in ſtatuto de homicidio continetur. Et ſi quo tempore peruenerit in fortiam Communis Mediolani, igne cõcremetur, ita quòd moriatur utſupra domus, in qua moneta falſificata fuerit, ſeu tonſata, ſeu quouis modo falſo fabricata, domino dictæ domus ſcienter publicetur.

De eodem.

Q*Vicunque* ſcienter portauerit: uel qui portari fecerit ſcienter aliquam monetam falſam, uel mancam, uel tonſam in Ciuitate, uel diſtrictu Mediolani à quantitate librarum decem tertiolorum ſupra, condemnetur in libris mille tertiolorum, & in amiſſione monetæ, quas libras mille tertiolorum, ſi non ſoluerit infra menſem unum à die dictæ condemnationis, dicta pœna libras mille tertiolorum duplicetur.

Si quis ſcienter portauerit, uel portari fecerit aliquam monetam falſam, uel mancam, uel tonſam in Ciuitate, uel diſtrictu Mediolani à quantitate libr. decem tertiolorum infra, condemnetur in amiſſione monetæ, & in tantũdem.

Si quis expendiderit, vel expendi fecerit ſcienter, aut receperit, uel recipi fecerit in Ciuitate, uel diſtrictu Mediolani aliquam monetam falſam à quantitate lib. decem tertiolorum ſupra, condemnetur in libris centum tertiolorum, & in amiſſione dictæ monetæ, quam quantitatem librarum centum tertiolorum, ſi infra menſem unum à die dictæ condemnationis, non ſoluerit dicta pœna dupliciter. ſi uerò à quantitate libr. 10. tertiolorum condemnetur in amiſſione monetæ, & ultra in libris decem tertiolorum, &

Digitized by Google

minus arbitrio Poteſtatis, conſiderata conditione delicti, & infra, & qualitate facti.

Quicunque accuſauerit aliquem feciſſe, vel commiſiſſe contra prædicta ſtatuta, vel aliquod eorum contenta ſub rubrica de moneta falſa, & eius opere, ſeu per eius indicium accuſatus peruenerit in fortiam Communis Mediolani, & ob hoc condemnatus fuerit, dictus accuſator habeat medietatem dictæ condemnationis factæ pecunia de ipſo taliter condemnato, ſaluò quòd ſi ille fuerit condemnatus ad mortem ſecundum formam ſtatuti incipientis, ſi quis de cætero fecerit, vel fieri fecerit &c. habeat de auere Communis Mediolani libras centum tertiolorum, & ſub rubrica de pœna falſificantis, ſigillũ, vel bulletinũ Domini Mediolani, *Si quis* falſificauerit, vel falſificari fecerit ſigillũ vel bulletinum Magnif. & Excelſi Domini Mediolani, capite puniatur, ita quòd moriatur. ſi verò falſificauerit ſigillum, vel bulletinum alicuius alterius perſonæ, vel vniuerſitatis, vel Collegij puniatur arbitrio iudicantis in auere, vel perſona, conſiderata qualitate delicti, & delinquentis. & ſub rubrica de pœna falſificantis ſcripturas exiſtentes ad Cancellariam Domini Mediolani, vel ſcripturas communis exiſtentes in Broleto ad Camerã, vel ad banna.

Quicunque falſificauerit, vel falſificari fecerit aliquam ex ſcripturis, exiſtentibus ad Cancellariam Domini Mediolani, vel aliquam ex ſcripturis Communis Mediolani exiſtentibus in Broleto nouo Communis Mediolani ad Cameram, vel in Camera ſita ſuper Pallatio nouo Communis Mediolani, in qua ſunt banna vetera, vel in Pallatio veteri Dominorum duodecim Prouiſionũ, vbi morantur rationatores, vel gubernatores librorum Communis, capite puniatur, ita, quòd ſtatim moriatur.

De pœna facientis, vel fieri facientis cartam, vel ſcripturam falſam.

SI quis fecerit, vel fieri fecerit cartam falſam, vel acta publica falſa, vel alias ſcripturas publicas falſas, vel falſificauerit, vel falſificari fecerit aliquam cartam, vel condem-

Digitized by Google

demnationem, vel atteſtationes, vel dicta teſtium, vel confeſſionem, vel teſtes, vel acta publica, ſcripta, vel ſcriptos, vel alias ſcripturas publicas, in toto, vel pro aliqua parte de, vel ſuper aliqua quantitate re, vel iure non excedente quantitatem florenorum quinquaginta auri, condemnetur pro prima vice in quadruplum, & vlterius mitrietur, & tribus diebus continuis, ſic mitriatus producatur in publico. pro ſecunda vice in amiſſione manus, in qua ſit magis potens. pro tertia verò vice pœna ignis imponatur. Et ſi de, vel ſuper quantitate re, vel iure excedente ſummam florenorum quinquaginta, vſque ad florenos quingentos auri pro prima vice condemnetur in amiſſione manus, in qua ſit magis potens. pro ſecunda verò vice, imponatur pœna ignis. Et ſi de re, uel ſuper quantitate, uel iure excedente ſummam florenorum 500. pro prima uice arbit. Poteſtatis in amiſſione manus, uel pœna ignis, inſpecta qualitate facti, & perſonæ. pro ſecunda uerò uice imponatur pœna ignis, & in quolibet caſuum præmiſſorum teneatur conſeruare indemnem paſſum damnum occaſione prædicta, & ſi fuerit tabelliõ ultra dictam pœnam, ab omni officio tabellionatus ſit priuatus ipſo iure.

De pœna ſcienter producentis cartam, vel condemnationem falſam.

SI quis ſcienter produxerit in iudicio cartam falſam, uel condemnationem, uel aliam ſcripturam falſam undecunque ei euenerit, puniatur ea pœna, qua puniuntur facientes inſtrumentum falſum, & ſi ignoranter produxerit, & poſtquàm interrogatus fuerit ab eo, qui dixerit uelle inſtrumentum, condemnationem, uel aliam ſcripturam arguere de falſo, non abſtinuerit ab uſu, ſed reſponderit ſe velle vti condemnetur ea pœna, qua punitur ſcienter producens utſupra, & ultra teneatur cõſeruare indemnem paſſum damnum occaſione prædicta.

Digitized by Google

De falſitate prædicta.

SI quis ſcripſerit, uel ſcribi fecerit falſo aliquem in banno ciuili negotio, uel aliquem extraxerit, uel extrahi fecerit falſo de banno in ciuili negocio, condemnetur in libris quingentis tertiolorum, & ſi fuerit bannum de maleficio manum amittat, & ulterius, ſi fuerit tabellio ab officio tabellionatus ſit priuatus ipſo iure.

De pœna facientis officium ſeruitoriæ, qui non ſit ſeruitor.

SI quis officium ſeruitoriæ fecerit, qui non ſit ſeruitor, puniatur tamquàm falſarius inſtrumentorum.

De pœna ſeruitoris facientis ambaſciatam, vel relationem falſam:

SI quis ſeruitor ambaſciatam, uel relationem falſam fecerit, condemnatur realiter, uel perſonaliter arbitrio iuſdicentis inſpecta qualitate facti, & conditione perſonæ, & ultra non poſſit amplius uti officio ſeruitoriæ, & eodem modo puniatur in auere, uel in perſona arbitrio Poteſtatis quicunque dictam ambaſciatam falſam fieri fecerit, & Poteſtas, & quilibet eius Iudex poſſit, & teneatur de prędictis inquirere, & condemnare ex officio.

De pœna illius, qui falſum teſtimonium dixerit, & produxerit.

SI quis falſum teſtimonium dixerit, ut aliquis condemnetur in cauſa criminali, puniatur ea pœna, qua puniendus eſſet, ſi delictum eſſet probatum ille, contra quem falſum teſtimonium dixerit, ſi corporaliter ueniret condemnandus, & hoc ubi pœna corporalis non ſit minor, quàm

Digitized by Google

quàm inciſo linguæ, quo caſu uidelicet cum eſt minor, lingua incidatur eidem. ſi uerò pecunialiter, tunc amputetur ei lingua, & mitrietur, & ſic mitriatus tribus diebus continuis producatur in publico. ſi uerò falſum teſtimonium dixerit, ut aliquis in cauſa criminali abſoluatur, ſimiliter puniatur ea pœna, qua puniendus eſſet ille, in cuius fauorem teſtimonium dixerit, ſi corporaliter ueniret condemnandus, ſi delictum eſſet probatum, & hoc ubi pœna corporalis non ſit minor, quàm inciſio linguæ, quo caſu uidelicet cum eſt minor, lingua incidatur eidem. ſi uerò pecunialiter, tunc amputetur ei lingua, & mitrietur, & in publico producatur ut ſupra.

De eodem.

EAdem pœna puniatur ille, qui ſcienter, & doloſè produxerit in cauſa criminali falſos teſtes, uel falſum teſtem, uel eis, ſiue ſcienter, & doloſè uſu fuerit, qua pœna puniretur dicens falſum teſtimonium in cauſa criminali, & ubi aliter non appareat, ſeu conſtet aliquem ſcienter, & doloſè produxiſſe falſos teſtes, uel falſum teſtem, uel ſcienter, & doloſè uſum fuiſſe, intelligatur ſcienter, & doloſè produxiſſe falſos teſtes, uel falſum teſtem, uel ſcienter, & doloſè uſum fuiſſe, qui poſt publicationem teſtium interrogatus, an uelit uti dictis teſtium, uel teſtis reſponderit ſe velle vti. Et quilibet interrogatus, teneatur reſpondere ad terminum per Iudicem ſtatuendum, & ſi ad ipſum terminum non reſponderit, intelligatur non velle vti, & vltra ille, qui falſum teſtimonium dixerit vt ſupra, & ille, qui produxerit, vel vſus fuerit vt ſupra, & quilibet eorum inſolidum, ita tamen quod vnica ſolutio ſufficiat, compellatur realiter, & perſonaliter ad emendationem faciendam cuiuslibet damni, diſpendii, & intereſſe illius, qui damnum, diſpendium, ſeu intereſſe ſuſtinuiſſet, ſeu ſopportaſſet occaſione dicti falſi teſtimonii.

De pœnis illius, qui dixerit falſum teſtimonium in cauſa ciuili, & producentis, & vtentis.

QVicunque falſum teſtimonium dixerit vt aliquis condemnetur in ciuili cauſa amputetur ei lingua. ſi verò falſum teſtimonium dixerit, vt aliquis abſoluatur in cauſa ciuili, ſimiliter amputetur ei lingua.

De eodem.

EAdem pœna puniatur ille, qui ſcienter, & dolosè produxerit falſos teſtes, vel falſum teſtem in cauſa ciuili, vel eis, ſiue eo ſcienter, & dolosè vſus fuerit, & intelligatur ſcienter, & dolosè pruduxiſſe modo & forma, vt in prędicto ſtatuto continetur, & idem ſeruetur in emendatione damni, & in præcedenti ſtatuto continetur. Et eadem pœna puniatur quilibet, qui ſollecitauerit, aut operam dederit, aut conſilium, quòd aliquis dicat falſum teſtimonium.

De imbreuiaturis Notarij infamati gubernandis.

SI Poteſtas, vel alius iuſdicens infamauerit aliquem Notarium, vel eum ab officio tabellionatus remouerit, teneatur eius imbreuiaturas infra 15. dies poſt eius infamationem, vel priuationem coram eo portari facere, & eas gubernari facere ad Cameram Communis Mediolani penes Gubernatorem librorum dicti Communis, ita quòd nulla falſitas poſſit in eis committi.

De Notario infamato.

NVllus Notarius, nec tabellio poſſit, nec debeat officium tabellionatus in Ciuitate, vel Comitatu exercere, ſi per Collegiũ, ſeu per Abbates Collegii, Notariorum Mediolani infamatus fuerit ad arengheriam, & ſcalas Pallatii, ſono tubæ præmiſſo, fraudem, vel falſitatem in

arte, vel officio notariæ commiſiſſet, quicquid fecerit poſtea in dicta arte non valeat, & vltra, ſi exercuerit poſtea artem poſſit ipſum realiter, & perſonaliter offendi, & vltra teneatur reſtituere intereſſe paſſo damnum.

Quòd bannitus, & condemnatus de falſo, non poſſit exercere officium publicum, aduocationem, nec procurationem.

NVllus condemnatus, vel bannitus de falſo, poſſit habere, nec exercere officium publicum in Ciuitate, nec Comitatu Mediolani, nec etiam aduocationem, nec procurationem exercere.

De pœna committentis falſum aliter, quàm à iure municipale ſit cautum.

FAlſum committens arbitrio Poteſtatis puniatur in auere, vel perſona tantùm, præterquàm in caſibus, in quibus lege municipali pœna certa ſtatuta eſt, in quibus puniatur ſecundum ipſum ius municipale.

Subijciamus Nou. Conſtitutiones.

Quicunque falſificauerit, vel falſo mutauerit ſigillum, literas, inſtrumenta, vel ſcripturas Principis, Locumtenentiſue, vel Senatus, vel falſum circa præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum commiſerit, igne comburatur, ita quòd moriatur. Modoque præmiſſo veneficos, & aſſaſſinos puniri ſancitum eſt (& ſtatuta ſic diſponunt, *venefici* capite puniantur, ita quòd moriantur. Malefici arbitrio Poteſtatis puniantur in perſona, vel in auere inſpecta qualitate facti, & perſonæ.)

Quicunque fecerit, vel fieri mandauerit cartam falſam, vel acta publica falſa vel falſificauerit cartam, vel condemnationem, aut atteſtationes, vel confeſſionem, aut teſtes, vel acta publica, vel alias ſcripturas in toto, vel pro aliqua parte ſuper quãtitate, re, vel iure nõ excedente quantitatem aureorum viginti, condemnetur pro prima vice in

Digitized by Google

quadruplum, & per triduum continuum mitra vinctus producatur in publicum. §. pro ſecunda vice, ſit pœna amiſſionis manus,& pro tertia ignis. §. Ab aureis viginti, vſque in quingentos auri, pro prima vice ſit pœna amiſſionis manus potentioris, pro ſecunda ignis. §. ſi quingentos auros excedat, ſit in arbitrio iuſdicentis reum condemnare pro prima vice in amiſſione manus, vel ignis inſpecta qualitate facti, & perſonæ, pro ſecunda verò vice omninò ſit pœna ignis.

lib. 4. de pœn. Si quis falſum teſtimonium dixerit, vt aliquis condemnatur in cauſa criminali, puniatur ea pœna, qua puniendus eſſet ille, contra quem falſum teſtimonium dixerit, ſi delictum, de quo imputatus erat, commiſiſſet, modo pœna minor non ſit quam linguæ abſciſſionis. §. vbi verò pecuniaria pęna mulctandus eſſet, is teſtis mitra vinctus producendus eſt in publicum, & lingua priuandus. E conuerſo, ſi quis in cauſa criminali falſum dixerit, vt quis nocens abſoluatur, puniaaur illa pœna, qua ille puniendus erat, vbi corpus afficiet ſin minus, ſi pœna pecuniaria ſit, priuetur lingua. §. eiſdem pœnis teneantur, qui ſcienter, & doloſè in cauſa criminali falſum, vel falſos teſtes produxerint, vel eis ſcienter, & doloſè vſi fuerint, poteruntq; interrogari ſi velint vti dictis teſtium, vel teſtibus, & interrogati ad terminum per Iudicem ſtatuendum reſpondere teneantur, quòd ſi non reſponderint, habeantur perinde, ac ſi nollent vti. § vlterius teſtis falſum dicens, & eum ſcienter vt ſupra producens inſolidum teneantur vnica tamen ſolutione ſufficiente, realique, & perſonali actione, ad reſarciendum damnum, & intereſſe cauſatum ex cauſa præmiſſa. §. ſi quis verò falſum dixerit, vt quis abſoluatur, vel condemnetur in cauſa criminali, amputatur ei lingua eademque pœna tenebitur producens, & vt ſupra, & quilibet ipſorum tenebuntur ad ſatisfactionem damni. §. punientur etiam ijſdem pœnis, qui ſollecitauerint, aut operam dederint, vel conſilium, vt quis teſtimonium falſum dicat.

lib. 4. de pœn. Cauſidici, & Notarii falſum committentes, ſi Principi placuerit eos in gratiam admittere, & à crimine liberare, ac ad priſtinos honores reſtituere, numquàm reſtituti intelli-

colligantur ad officium Cauſidici, vel tabellionatus. §. Hi quoque ſi palàm, vel occultè, directè, vel per indirectum fœnerati fuerint, priuentur officio tabellionatus, & cauſarum dicendarum vita priuati amplius reſtitui non poſſint in priſtinum, & vbi reſtitutio fiat, non valeat, & pro nulla, & infecta habeatur, &

Falſum ſcienter iurans in contradictionibus, quæ fiunt de bonis debitorum Fiſci, punietur in quadruplum. Conſt. enim ſic loquitur *Falſum* autem ſcienter in prædictis iurantes non ſolum à iure ſuper dictis bonis competente cadant, ſed & ipſo iure, & facto abſque aliquo proceſſu, condemnentur in quadruplum valoris, ſeu æſtimationis eorum bonorum, quæ indebitè obtenturi fuiſſent, cuius pœna dimidia Fiſco, reliqua accuſatori cedat. habeanturque ſemper periurii, & falſarii. Et per aliam Conſtitutionem additur de quibus periurio, doloue Magiſtratus, & quilibet alius iuſdicens ab eo delegatus quandocunque cognoſcant, etiam ex eorum mero, & puro officio, & per opportuna remedia inquirant, puniantque, prout inſpecta conditione perſonæ, & qualitate facti eis videbitur conuenire. *de iure, & pr. Fiſcic. id etiam.*

De Monetis.

CONſtitutio ſic diſponit, *Quicunque* fabricauerit, vel fabricare inchoauerit, aut fabricare fecerit monetã falſam, etiam quòd non perfecerit, & qui auxilium, vel fauorem dictæ fabricationi dederit, puniatur pœna ignis, ita quòd moriatur, & confiſcationis bonorum pro tertia parte Fiſco, tertia accuſatori, & reliqui præfecto cudendæ monetæ huius dominii applicanda. §. *lib. I.*

Expendens verò, vel expendi faciens monetam falſam, puniatur arbitrio Principis, vel Senatus, etiam vſque ad mortem incluſiuè, conſiderata qualitate quantitatis monetæ, caſus, & perſonarum. §. eadem, & pœna tenebitur, qui auſus fuerit monetam auream, vel argenteam quocunque artificio, vel opera diminuere, vel diminui facere, vel alio modo deteriorem reddere.

Interdictum eſt omnibus ne in eorum domibus, nec

Digitized by Google

alibi ſorpices habeant (& vt vulgò dicitur) fornelus à vento, & croſolos, vel alia inſtrumenta apta ad tondendum, imprimendum, vel fabricandum monetam aliquam ſub pœna confiſcationis bonorum, & etiam alia corporali, vſque ad mortem incluſiuè arbitrio Principis. §.

Hæc tamen conſtitutio non comprehendit artifices, & fabros, qui pro eorum artificiis neceſſe habent huiuſcemodi inſtrumentis vti; Qui tamen ſi delinquent, eadem pœna punientur.

Nullus audeat ſecernere, nec ſecerni facere monetam Mediolani cuſſam, nec alias monetas, quibus ex ordinibus vti Mediolani permiſſum eſt. Nec fundere, nec fundi facere. Nec quis ſciens præmiſſis auxilium, vel fauorem dare, ſub pœna confiſcationis bonorum, & etiam vſque ad mortem incluſiuè arbitrio Senatus.

Si quis aliquem reſciuerit monetam falſam fabricare, vel fabricari facere, ſi Mediolani id actum fuerit, Iudici intra vnam diem notificet. ſi extra Mediolanum intra triduum, aliàs eiſdem pœnis tenebitur.

Nemini permiſſum eſt facere formas, quas ſtampas dicunt, nec (vt vulgò dicitur) ſpontonos pro ipſis formis faciendis ad cudendum monetam, ſiue cudenda in hoc dominio ſit, ſiue alibi, niſi primo id Iudici notificauerit, & ab eo licentiam obtinuerit, ſub pœna confiſcationis bonorum, & alia etiam corporali, vſque ad mortem incluſiuè arbitrio Senatus.

Monetarii huius dominii non poſſunt extra dominium laborare ſine licentia, ſub pœna priuationis officii, & alia pęna arbitrio Quæſtorum ordinariorum imponenda.

Omnibus prohibitum eſt exportare, & exportari facere extra aliquam ex Ciuitatibus huius dominii, nec dominii Mediolani aliquam quantitatem auri, nec argenti in pętiis, verghis, granis, nec monetis, (vt vulgò dicitur) bolzanatis, nec etiam monetam exteram ſub pęna amittendi aurum, argentum, & monetam, animalia, plauſtra, naues, & alia inſtrumenta, in quibus, & ſuper quibus vehementer, vel conducerentur, & etiam ſub pęna dupli. §.

Et intelligantur in Ciuitatibus in pœnam incidiſſe hi qui ſine notificatione pertranſiuerint locum, vbi officiales datii

datii mercaturæ commorantur. §.

Conducentes prædicta Mediolanum, termino bidui conſignare teneantur Præfecto monetæ Mediolanenſis, ſub pœna ammiſsionis rerum, & dupli, & ad ingreſſum portarum notificare officialibus, ſub eadem pœna.

Aurifices, & fabri non poſſunt emere argentum, nec aurum in petiis, verghis, vel grana ſine licentia Præfecti monatæ, ſaluo quòd pro vſu ſuo qualibet hebdomada quilibet emere poſſit marchas quinque bolzonaliarum. §. ſi verò emerint argentum, aurumuè fabricatum ab vna marca ſupra, teneantur eadem die Præfecto monetæ notificare, eumque cautum facere ſe laborando dictum aurum, & argentum conſumpturos aliàs illa ipſi Præfecto vendere tenentur, nec alio modo emere poſſunt, ſub pœna amiſſionis auri, & argenti, ac dupli.

Artifices, qui vulgò Batifoliæ appellantur, poſſunt pro vſu ſuo vſque ad omnem quantitatem argentum emere, modo tamen maiori precio non emant, quàm precio limitato, & qualibet vice notificent Præfecto monetæ cum nomine venditoris, ſub pœna amiſsionis argẽti, & ementib. & vendentibus aureorum quatuor pro marca applicanda, vt ſupra.

Prohibẽtes ne officiales monetæ poſsint inquirere huic ſanctioni contrafacientes, ipſo facto incurrant pœnã aureorum quinquaginta fiſco appl.

Super præmiſſis cognoſcendis, & exequendis vnus eſt iudex, qui iudex monetæ appellatur, cuius cura eſt, vt ordines præmiſſi obſeruentur, & executioni mittantur. §. ab eoq; Iudice, vbi de pœnis pecuniariis agatur, recurſus haberi poteſt ad Magiſtratum ordinarium, vbi verò de pœna corporali, vel confiſcationis bonorum, nõ niſi prius re in Senatu relata ad condemnationem, vel abſolutionẽ deuenire poſsit iuxta aliarum conſtitutionum formam.

De crimine vis priuatæ tenetur ille, qui conuocatis hominibus vim facit ſine armis propter quòd quis eſt vulneratus cum dolore, uel pulſatus, dummodo non ſit occiſus, & non ſolùm conuocans, ſed etiam conuocati venientes ex certa ſcientia. Item qui cœtu hominum conuocato vim fecit, & ille, qui deiecit aliquem de fundo ſuo, *Boniſ. Vital f. 371. de crimine vis priuato.*

ſuo, vel domo ſua per vim hominibus adunatis ſine armis. Et creditor qui ſua auctoritate ius ſibi dixit, niſi ex pacto faceret. Item & qui capit res vxoris ob debitum viri, vel qui facit vim nautis, vel de naufragio res capit per vim, & qui tutor bona pupilli per vim occupat, & qui filiam, vel ſponſam alterius per vim includit, & retinet. Hinc ſtatuta criminalia ſub rubrica, Quòd ſpoliatus reſtituatur in poſſeſſione, in qua erat tempore ſpoliationis, ſic cantant, *Quicunque* ſpoliatus reſtituatur in ea poſſeſſione, vel quaſi, in qua erat tempore ſpoliationis ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii. Et ſub rubr. verò de pœna rapientis mulierem honeſtam. Si *quis* per vim rapuerit mulierem honeſtam, & ipſam adulterauerit, ſeu ſtuprauerit, vel etiam per vim adulterauerit, vel ſtuprauerit, capite puniatur, ſi verò non per vim rapuerit, nec per vim adulterauerit, nec ſtuprauerit, ſed alio quouis modo mulierē, dum non ſit meretrix famoſa, ſeu publica, ſtuprauerit, ſeu adulterauerit, puniatur in lib. centum tertiolorum. Conſtitutio autem de raptu mulierum ſic diſponit, *Raptores* mulierum honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt, ita quòd moriantur, & etiam confiſcationis bonorum. §. & non ſolum ipſi, ſed etiam eiſdem pœnis teneantur hi, qui eos comitati fuerint, vel ad id auxilium, conſiliumue, & fauorem dederint. Imputatus de raptu, aut de vi mulieri illata minimè probare poſſit eam fuiſſe inhoneſtæ vitæ modo raptu aut vim paſſa habitaret cum patre, aut matre, vel marito, aut fratribus, aut patruo, vel auunculo, aut amita, & etiā ſi ſola habitaret, & eam in vicinia honeſtæ vitæ, exiſtimari per duos integræ opinionis teſtes probetur; Et ſi contrarium in dictis caſibus probatum fuerit, non releuet, quinimò accuſati complices auxiliatores pœnis ex præſentib. conſtitutionibus, & à iure commui illatis puniantur. §. cæterum omnes, qui de vi, aut mulierum quarumcunque raptu, itiam quòd proſtitæ ſint, rei fuerint, necnon participes, & auxiliatores puniri poterunt non ſolum iuxta iuriū municipalium diſpoſitionem, ſed pro arbitrio Principis, vel Senatus, etiam corporaliter, ſecundum qualitatem delicti, & perſonarum. Iudæus carnali copula mulierem

chriſtianam

Digitized by Google

chriſtianam cognoſcens,capite puniatur, ita quòd moriatur,& eius bona confiſcentur. §. idem ſeruetur in chriſtiano iudæam cognoſcente . § mulieres verò arbitraria pœna puniantur . Parentes filiam proſtituentes, & qui liberi eorum virgis cędantur , & etiam grauiori pœna arbitrio Principis, vel Senatus puniantur . Carnali cōpula cognoſcens monialem profeſſam incedentem tamen in habitu in monaſterio,ſiue extra monaſterium , capite puniatur , ita quòd moriatur . §. cuicunque etiam laico interdictū eſt ſine Epiſcopi, vel Superioris licencia ſpeciali monaſteriū monialium ingredi de die, nec de nocte, ſub pœna aureorum centum,pro prima vice,pro reliquis,pro qualibet earum in ducentis aureis condemnetur,& ictibus tribus ecculei plectatur,pœnaq; prædicta pecuniaria pro duabus partibus fiſco,pro tertia accuſatori cedat . & ſi quis monitus iterato acceſſerit,puniatur pœna confiſcationis bonorum, & etiam grauiori arbitrio Principis , vel Senatus . iſque accuſator ſecretò tenebitur, ſi voluerit . §. eademque pœna tenebitur,qui ſine ſuperioris licentia monialem hoſpitio accipiat , vel in domo teneat . Et proſequendo hanc materiam carnis, conſtitutiones eodem titulo de pœnis diſponunt , quòd ſodomitæ tam agentes , quàm patientes igne comburantur, & ſtatuta ſic . *Si quis* inciderit in crimen ſodomiæ , igne concremetur , ita quòd ſtatim in igne moriatur,antequā familia recedat de loco ſupplitii . Sed cur magis igne lex hos pedicones vlciſcatur,quàm alio genere ſupplitii ? quia Deus pręcepit exemplo ciuitatum Sodomorum , & Gomorum ; & ne memoria tanti ſceleris viuat inter viuentes, & ſicuti nimis feruore luxuriæ æſtuauit,ita nimio dolore puniatur,vnde ſi cum beſtia committatur,debet etiam beſtia comburri , ſed an requiratur effuſio ſeminis,vt pęna ordinaria puniatur,dic quòd ſic,modo, priapum poſuerit in anum,ſi autem quis non poſuerit priapum in anum pueri, ſiue mulieris, ſed aliter eum poluit, tunc extraordin. eſt puniendus,& hoc nedum dicitur committi cum maſculo , ſed etiam cum muliere , vel inter maſculos, vel inter fœminas . Quod quidem peſſimum vitium deſtabile eſt apud omnes gentes natura docente. vnde etiam diabolus fugit, & dum videt , oculos claudit , &

Benacos in c. ſodomia.

eſt

Digitized by Google

eſt ſummum nephas, & ſcelus peſſimum. Et ex iſto crimine ciuitates cum habitatoribus pereunt, & fames, terremotus, ac peſtilentiæ eueniunt, & iura armantur gladio, & peſſimum genus mulierum, à quibus ortum habuit. tale crimen nephandiſsimum, ſed & aliis Doctoribus placet, quòd in hoc atrociſſimo delicto non requiratur conſumatio operis, aut ſeminis effuſio, ſed ad crimen ſufficit ea voluntas proxima, & conatus actui proximus, ita vt rem perfeciſſet, ſi potuiſſet, aut niſi aliquod impedimentum interceſsiſſet, in his enim conatibus actui proximis punitur voluntas coinquinata pro effectu, & delictum attemptatum pro delicto conſumato. Qui etiam dicunt maſtupratores eſſe ſodomitas. ſed hoc crimen non probatur per auditũ, ſed per alias præſumptiones, & coniecturas, quas lex adinuenit. ſ. debet tradi puer, vel mulier inſpiciendus, vel inſpicienda obſtetricibus, vel peritis, & eis delato iuramento de veritate dicenda, & facta inſpectione curiæ referant, an ſit mulier ſtuprata, an non, vel maſculus an ſit ſtupratus, an non. facit etiam indicium paſſus ſtuprum ad torturam, in hoc tamen crimine non venit de iure confiſcatio bonorum, quod etiam declarauit Senatus in cauſa cuiuſdam Cremonenſis. Et ſtat. ſub rubrica de pœna committentis, vel committi facientis ſpoliationem in re mobili. *Si* qua perſona, collegium, vel vniuerſitas, cuiuſcũque ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, à modo ſpoliauerit, vel ſpoliari fecerit aliquem, vel aliquam ſingularem perſonam eccleſiaſticam, vel ſecularem, commune, collegium, vel vniuerſitatem de aliqua eius poſſeſſione, vel quaſi rei immobilis, vel iuris inhærentis alicui rei immobili, vel de fructibus decimę, vel de iure decimationis, vel de alia quacunque re immobili puniatur, & cõdemnetur in libris quingentis terciolorum, pro quolibet eorum, & minus arbitrio iuſdicentis, ſecundum qualitatem delicti, & perſonæ delinquentis. Et nihilominus teneatur, ſeu teneantur reſtituere poſseſſionem, ſeu quaſi cum fructibus ſpoliatio, & inſuper condemnetur, quòd in futurum non debeat ipſum ſpoliare, compellatur ſuper hoc præſtare ſatiſdationem per omnia iuris remedia, & vltra prædicta relegetur, ſi vide-

Iod. c. 96. fol. 16.

Fol. in c. infor. nu. 20.

Boſ. eod. del nu. 7. Sic ẽt declarauit Senatus die 14. Iulij 1563. Clar. §. ſodomia Plo conſil. 50. nu. 8. vſque in fin. & Bon. in verbo ſod.

Digitized by Google

videbitur iuſdicenti inſpecta qualitate facti, & perſonarum, & eo caſu, quo videbitur iuſdicenti ipſum ſpoliantem, ſeu ſpoliari facientem eſſe relegandum, tunc relegetur longè à Ciuitate Mediolani per miliaria centum, vel minus arbitrio iuſdicentis, vbi ſtet per quinquennium, vel minus arbitrio iuſdicentis, inſpecta qualitate perſonarum, & facti vtſup. dum in caſu relegationis relegetur extra Comitatum Mediolani, & cogatur ſatiſdare de libris mille tertiolorum cum bonis fideiuſſoribus Mediolani, de parendo mandatis dicti iuſdicentis, & ſeruandis confinibus. & ſub rubrica de vi moleſtatiua, turbatiua, vel inquietatiua poſſeſſionis. *Si* aliqua vniuerſitas, Collegium, vel perſona cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis, vel conditionis exiſtat, à modo moleſtauerit, vel turbauerit, vel inquietauerit, vel moleſtari, vel inquietari, ſeu turbari fecerit aliquē, vel aliquā perſonā eccleſiaſticā, ſeu ſecularē, Collegiū, vel vniuerſitatem, in aliqua eius poſſeſſione, vel quaſi rei immob. nec iuris inhęrentis alicui rei immobili, vel fructib. decimæ, vel iure decimationis, vel in quacunq; re immobili, puniatur, & condemnetur in libris 300. tert. pro quolibet eorum, & minus arbitrio iuſdicentis, ſecundum qualitatem delicti, & perſonæ delinquentis, & nihilominus teneatur, & debeat dimittere moleſtatū, inquietatū, vel turbatum in pacifica eius poſſeſſione, vel quaſi, & inſuper cōdemnetur, ꝙ in futurū nō debeat ipſum moleſtare, inquietare, nec turbare ſuper hoc compellatur præſtare ſatiſdationem per omnia iuris remedia. & vltra prædicta relegetur, ſi videbitur iuſdicenti, inſpecta qualitate perſonarum, & facti, & eo caſu, quo videbitur iuſdicenti ipſum moleſtantem, inquietantem, vel turbantem, vel fieri facientem eſſe relegandum, tunc relegetur longè à Ciuitate Mediolani, per miliaria quinquaginta, vel minus arbitrio iuſdicentis, vbi ſtet per triennium, vel minus arbitrio iuſdicentis, inſpecta qualitate vtſup. & cogatur ſatiſdare de libris quingentis tertiolorum, cum bonis fideiuſſoribus Mediolani, de parendis mandatis iuſdicentis, & ſeruandis confinibus. Et ſub rubr. quòd in violentijs agnati teneantur agnatis non ſuppoſitis, ſic.

Si contingerit aliquem non ſuppoſitum jurisdictioni

com-

communis Mediolani; vel qui ipſam iuriſdictionem declinaret in futurum committere inquietationem, moleſtationem, inuaſionem, occupationem, turbationem, vel violentiam in aliqua re immobili, vel iure, quòd fratres, nepotes, patres, vel alii agnati vſque ad ſeptimum gradum, ſecundum iura ciuilia computandum, teneatur ad prædictam reſtitutionem, & dimiſsionem poſſeſsionis cum fructib. ſi ſpoliatio interceſſerit, & ſiue interceſſerit, ſiue non ad ipſum moleſtandum in futurum, & à qualibet moleſtatione per eum fienda releuandum. Et nihilominus prædicti non ſubiecti, vel qui declinant ipſam iuriſdictionem, qui committerent prædicta, vel aliquid prędictorum, ſint exempti ab omni protectione, defenſione, beneficio, auxilio, & à ſtatutis, prouiſionibus, & reformationibus, & conſuetudinibus communis Mediolani, & nihilominus ſpoliati reſtituantur, & reducantur in poſſeſsione omniũ rerum ſpoliatarum, & qui turbati, vel moleſtati, ſeu inquietati fuerint, pacificè manuteneantur in poſſeſſione rerum, in quarum poſſeſſione fuerint turbati, inquietati, vel moleſtati. Et ſub rubrica de violentijs notificandis per Ancianos parochiarum, Rectores, Conſules, Officiales, & cõmunia, *Teneantur* Anciani parochiarum Mediolani, Rectores, Conſules, Officiales, & communia burgorum, locorum, caſtrorum, caſſinarum, molendinorum communitatum Mediolani, teneantur, & debeant infra octo dies à die violentiæ commiſſæ, & notificare dicto domino Poteſtati, vel eius Iudici ad maleficia omnes violentias, occupationes, inuaſiones, moleſtationes, & turbationes factas, & quę à modo fierent in ipſis parochiis, burgis, locis, caſsinis, & caſtris, & molendinis, ſub pœna, & banno pro quolibet Antiano librarum quinquaginta tertiolorum, & cuilibet Conſuli, Rectori, & Officiali cuiuslibet burgi libr. 50. tertiol. & loci, caſtri, & caſsinę, & molendini, libr. xxv. tertiolorum, quolibet vice, de ſuo proprio ære, & communi burgi libr. centum tertiol. & loci, caſtri, & molendini, libr. quinquaginta tertiolor. qualibet vice: & ſi in prædictis fuerint negligentes dicti Anciani, Conſules, & Officiales, & communia, quòd dictus D. Poteſtas, & eius Iudices ad maleficia, & quiſque eorum poſſit ſuo officio contra

tra

Digitized by Google

tra eos,& ea inquirere, & condemnare, & punire vtl. Et D. Poteſtas Mediolani præſens, & futurus, teneatur fieri facere cridam de prædictis in broleto nouo communis Mediolani, & per ciuitaté in locis conſuetis videlicet præſens infra octo dies publicatione præſentium ſtatutorum, & futuri infra octo dies ab introitu ſui regiminis. Et ſub rubr. quòd calumniatus de violentia detineatur, quouſq; ſatiſdederit. Inquiſitione formata,ſeu accuſa, vel notificatione data de prædictis,vel aliquo prædictorum D. Poteſtas,& eius Iudices ad maleficia, & quicunque eorum teneantur calumniatos de violentia capere, & perſonaliter retinere,quouſque præſtiterint bonam, & idoneam ſatiſdationem, cum bonis fideiuſſoribus, qui non ſint de magnatibus Mediolani, de parendo mandatis dicti D. Poteſtatis,& eius Iudicis, & de reſtituendo,& ſaluando res, in quibus commiſerint violentiam,& totum id, in quo condemnarentur ſuper ipſa inquiſitione, accuſa, vel notificatione. Et ſub rubrica, quòd in crimine ſpoliationis poſſeſsionis,inquietationis, vel turbationis, procedatur ſummariè.

In crimine ſpoliationis poſſeſsionis, vel quaſi, vel moleſtationis,inquietationis,vel turbationis, & in commune eius, qui fecit, vel fieri fecit prædicta, vel aliquid prædictorum, D. Poteſtas,& eius Iudices maleficiorum,& quilibet eorum omni exceptione, niſi de bannito maleficii remota, dum tamen inquiſitio habeat debitam formam, per reſpectum ad locnm,& tempus,& declarationem rei, in qua dicitur commiſſum eſſe delictum,poſsit, teneatur, & debeat ex officio ſuo ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicii omni iuris, & ſtatutum ſolemnitate omiſſa de prædictis,& quolibet prædictorum,poſtquàm eis, vel alicui eorum notificatum fuerit,inquirere,& inquiſitionem facere,& ſuper ea procedere;condemnare, & pronunciare infra menſes duos poſt publicationem proceſſus, ſub pęna librarum quinquaginta tertiolor. Poteſtati, & librarum centum iudicenti,& totiens quotiens prędicta non ſeruauerit,& executioni nou mandauerit,& de prędicta ſpoliatione,moleſtatione,inquietatione, & turbatione, & quolibet prædict. credatur ſacramento ſpoliati,vel moleſtati,

inquie-

Digitized by Google

inquietati, vel turbati cum vno teſte idoneo, & fide digno, vel cum probatione de voce, & fama. Idem in omnibus, & per omnia locum habeant, ſi data fuerit accuſa, & ſub rubrica quod communia teneantur ſoluere fictum pro ſediminibus, & terris, quæ propter potentiam alicuius non laborarentur, vel non habitarentur.

✠ *Si* propter expreſſam, vel tacitam conuentionem alicuius burgi, vel loci, vel propter nimiam potentiam, vel malitiam alicuius; terra, ſeu ſedimen alicuius ſingularis perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſecularis, collegij, conuentus, vel vniuerſitatis irent guaſta, vel non permitterentur laborari, vel habitari, ſeu non laborarentur, vel non habitarentur, quòd communia burgorum, & locorum, caſsinarum, & molendinorum nobilium, & vicinorum, in quorum burgis, & locis, & eorum territorijs fuerint ſedimina, ſeu terræ, quę irent guaſta, ſeu guaſtæ, vel non permitterentur laborari, vel habitari vel teneantur ad ſoluendum fictum illorum ſediminum, & terrarum tantum quantum illa terra, & ſedimina conſueuerunt, ſeu poterunt afictari: & de prædictis ſtetur, & ſtari debeat ſacramento illius, cuius illa ſedimina, & terræ eſſent cum vno teſte idoneo, & fide digno, vel cum probatione de voce, & fama. Et de prædictis D. Poteſtas, & eius Iudices ad maleficia, & quiſque eorum, teneantur, & debeant ex officio ſuo inquirere, punire, & condemnare ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & datione libelli, non obſtantibus cauſis collocatis, & collocandis, uel quòd ille, cuius erit illa terra, vel illud ſedimen guaſtum, ſeu non permitterentur laborari, ſeu habitari non fuerit ad exercitus, vel quòd fodra, ſeu taleas non ſoluerit. Et ſub rubrica de aduocato, & procuratore dando deponenti quærimoniam in violentiis.

✠ *Si quis* depoſuerit quærimoniam, de aliqua occupatione, vel inuaſione, vel turbatione, vel quaſi alicuius rei ſibi factæ, & dixerit ſe non poſſe habere aduocatum, vel procuratorem, quòd D. Poteſtas, & eius Iudices teneantur, & debeant eidem dare vnum, vel plures aduocatum, ſeu aduocatos, vel procuratores vnum, vel plures, & modis omnibus eos compellere cum competenti ſalario ad prædictam aduocationem, & procurationem faciendam præſtito ſacra-

mento

mento per ipſum aduocatum, ſeu aduocatos, & procuratores de ipſa procuratione, & aduocatione, bona fide, & fideliter faciendis. Item ſub rubrica, quòd ſtatuta edita ſuper violentiis executioni mandentur vtſ. non obſtantibus allegationibus, ſeu exceptionibus fodrorum, vel talearum, vel exercitus, vel banni, ſeu contumaciæ ciuilis. Item ſub rubrica, In quos debeat peruenire condemnatio de violentiis, *Medietas* omnium pœnarum imponendarũ occaſione prædictarum violentiarum perueniat, & peruenire debeat in offenſum, ſeu eius hæredes, & alia in commune Mediolani.

De vi publica.

DE vi publica, tenentur illi, qui noua veſtigalia exigunt per vim vltra ſolitum, & antiquum modum, & ordinem, vel faciunt, ne quis poſſit ſecurè venire ad iudicium, & faciũt dolo, vel quòd iudex iudicet aliter, quàm debeat de iure. Item ille Iudex, & Magiſtratus, & qui inducit alicui contra ius publicum, vt per ſuam ſententiã decernat aliter quàm ius dictat, uel qui cogit aliquem inuitum ad ludum, & facit aliquem per vim ſibi polliceri, vel facit quominus id iudicium exequatur. Item qui conuocatis hominibus vim facit, vt quis verberetur, vel pulſetur, etiam ſi non occiditur, & non ſolum qui conuocauit homines, ſed & ipſi conuocati. Item & ille tenetur, qui turbam .i. decem, vel quindecim homines coadunauerit cauſa ſeditionis faciendæ. Item qui ex incendio aliquid rapuerit, vel puerum, vel puellam rapuerit, vel qui accomodauerit ſcienter homines ſuos ad talia faciendum. Itẽ qui cœtu hominum congregato facit ſeditionem, vel incendium poſuit, vel hominem aliquem incluſit, vel prohibuerit aliquem ſepeliri, vel compulerit aliquem ſibi aliquid promittere. Item qui mulierem inuptam, vel nuptam rapuerit per vim. Item qui iudex verberauit, vel iniuriam fecit illi, qui à ſua ſententia appellauit, vel iuſſerit aliquid iniurioſum fieri appellanti, vel poſuerit aliquod ſuper collum eius, vt torqueatur. Item ille tenetur, qui aliquem ligauerit, vel impediuerit quominus in Bonifa.

iudicium veniret,& prædicta videtur procedere,ſi cum armis, & per vim fiant, & hominibus armatis,& intelliguntur armati,qui tela habuerunt,& appellatione armorum, intelliguntur lapides,fuſtes,gladii,& omne aliud genus armorum,quo noceri poſsit. Ad hæc annectere volui,& No. Conſt. & ſtatuta verbaliter,& conſtitutiones ſic. Non fiant ligæ vniones,confæderationes, ſectæ, & conuenticulæ,coniurationes,conſpirationesuè, ſub pœna corporali, vel pecuniaria vſque ad mortem arbitrio Principis, vel Senatus, qua pœna etiam teneantur participes, nec non auxilium, & conſilium ad id dantes, ſtatuta verò ſic.

De pœna facientis ſocietatem, iuramentum, rixam, vel ligam improbam.

NVlla perſona,vel vniuerſitas cuiuſcunque conditionis exiſtat, præſumat facere ſocietatem, nec iuramentum rei improbæ,rixam,vel ligam improbam, vel arma imponere in ciuitate,vel comitatu Mediolani,niſi pro teſſando contratas comitatus Mediolani,& reſiſtendo inimicis communis Mediolani, & malefactoribus, & ſi quis contrafecerit,condemnetur, ſi fuerit author, in lib. quingentis tertiolorum,ſi verò non fuerit author, in libris centum tertiolorum pro quolibet eorum, & minus arbitrio D. Poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & perſonarum, & de prędictis teneatur inquirere, & condemnare ex officio. Rurſus conſtitutio in hoc Mediolanenſi dominio nemini liceat, ſiue is ſubditus ſit, ſiue non, aliquem litteris, nunciiſuè, aut alio modo ad duellum incitare, vel procurare faciendum in dominio, aut extra dominium, vel ad dictũ finem in locis publicis, vel priuatis litteras prouocationis affigere,vel affigi facere ſine licentia Principis, vel L. T. ſub pœna capitis, ita quòd moriatur, & confiſcationis bonorum. §. qua etiam pœna teneatur quicunque ſubditus, qui alium Principem, vel Rempub. adiuerit, vel impetret locum duelli,cum aliquo alio ſubdito, vel non ſubdito commorante in hoc dominio. §. Et non ſolum præmiſſis pœnis tenebuntur, ſed etiam prouocatus, qui ſine licentia

licentia Principis, vel L. T. prouocationem, ſiue litteris, ſiue verbo factam acceptauerit, & hi, qui litteras prouocationis præſentabunt, vel affigent, aut oretenus alieno nomine aliquem requirent, vel his ad id auxilium, & conſilium dederint. ſtatuta autem ſub rubr. de inuitamentis ſic. *Aliqua* perſona cuiuſcunque conditionis exiſtat, non audeat, nec pręſumat facere aliquod inuitamentum gentium, ſeu hominum armatorum in Ciuitate, vel comitatu Mediolani, nec gentes, ſeu homines armatos congregare in aliqua parte ciuitatis, vel comitatus Mediolani, pro aliqua diſcordia, guerra, contentione, vel lite, quam haberent, vel habere ſperarent, cum aliqua perſona, collegio, vel vniuerſitate ciuitatis, vel comitatus Mediolani, neque aliunde, nec aliqua alia de cauſa, vel occaſione, & quòd aliqua perſona, collegium, vel vniuerſitas non debeat ire, nec ſtare, nec eſſe ad aliquod inuitamentum cum armis, nec ſine armis ad poſtulationem, vel requiſitionem alicuius, nec proprio motu, pro aliqua contentione, quæſtione, lite, vel controuerſia, ſeu guerra, vel diſcordia, quæ eſſet, vel eſſe poſſet, ſeu ſperaretur eſſe inter aliquos ſingulares, ſeu cõmunia, vel vniuerſitates ciuitatis, vel comitatus Mediolani, uel aliunde in aliqua parte ciuitatis, vel comitatus Mediolani, nec in aliqua alia parte extra comitatum Mediolani ſine expreſſo mandato, & voluntate, ſeu publica, & manifeſta præconizatione facta per præcones communis Mediolani, ex parte D. Poteſtatis Mediolani. Et quòd aliqua perſona, collegium, vicinantia, burgus, locus, villa, vel caſſina, nec aliqua alia vniuerſitas non debeat currere, nec ire cum armis, ſeu aliquo genere armorum ad aliquam rixam, miſclantiam, vel rumorem, quæ fierent, vel ſperarentur poſſe fieri in aliqua parte ciuitatis, vel comitatus Mediolani, aliqua ex prædictis de cauſis, & qui contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit, puniatur, & condemnetur arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & perſonarum: & quòd intelligatur, præſumatur, & habeatur pro plena, & integra probatione quantùm ad prædictas pœnas imponendas, & exigendas, ſi probetur per duos teſtes, vel vocem, & famã cum vno teſte aliquẽ, vel aliquos feciſſe contra pręDicta, vel aliquod prædictorum. Et quòd

in prædictis,& pro prædictis,& eorum occaſione Dominus Poteſtas, & eius Iudices, & quilibet eorum habeant merum,& liberum arbitrium inquirendi,cognoſcendi, & puniendi quemlibet contrafacientem ſummariè , & extra ordinem, & ſine datione libelli , & ſine ſtrepitu , & figura iudicii,& quolibet die feriato, & non feriato,cauſis collocatis, vel non, ad eorum, & cuiuslibet eorum liberam voluntatem,nullo ſtatuto,conſilio,vel reformatione in contrarium facto non obſtante . Et quicunque fuerit condemnatus pro prædictis, vel aliquo prædictorum teneatur , & debeat ſoluere condemnationem de eo factam in pecunia numerata,& ſine aliqua ſpe alicuius compenſationis , vel remiſsionis,& quòd non fiat aliqua ratio in ciuilibus,nec criminalibus,nec eius petitio,vel defenſio admittatur alicuius,qui fuerit condemnatus pro prædictis,& eorum occaſione,donec integraliter ſoluerit in pecunia numerata cõdemnationem de eo factam. & quòd ſi aliquis condemnatus pro prædictis,vel eorum occaſione , peruenerit in fortiam communis Mediolani , de carceribus non debeat relaxari,donec ſoluerit in pecunia numerata, vt ſupra dictũ eſt,& quòd quilibet poſſit quamlibet perſonam contra prædicta facientem accuſare, & denuntiare , & quòd eius accuſationi,& denũtiationi plena fides adhibeatur, ſi probabitur per duos teſtes, vel per vocem, & famam cum vno teſte fide digno aliquem, vel aliquos contra prædicta , uel aliquod prædictorum feciſſe.

De eodem.

SI de extero in aliqua uicinancia ciuitatis Mediolani, uel burgorum coniunctorum ciuitati Mediolani, ſeu in aliquo burgo, caſtro,uilla , loco, caſſina , uel molendino comitatus Mediolani fieret aliquod exemblamentum , ſeu congregatio hominum armatorum pro aliqua contentione,diſcordia,uel guerra,ſeu rixa,uel miſclantia,quæ eſſet uel ſperaretur in aliqua parte ciuitatis, uel comitatus Mediolani aliqua de cauſa , uel occaſione ſine præcepto , & licentia Domini Poteſtatis Mediolani , quòd conſules , anciani,& officiales ipſius uicinantiæ, burgi, caſtri, loci,

caſſinæ,

caſſinæ,uel molendini teneantur, & debeant dicere,& notificare D. Poteſtati,ſeu Iudici ſuo prima die, uel ſequenti ſi fuerit in ciuitate, uel infra miliaria decem prope ciuitatem,& tertia die, ſi fuerit à uiginti miliaribus ſupra quarta die,de quo ipſa congregatio fuerit facta,in qua notificatione contineatur ubi, & in qua parte facta fuerit ipſa congregatio,& qui,ſeu de quibus locis ſunt illi, qui exierunt ad ipſam congregationem,& etiam quilibet conſules,& antiani,& officiales cuiuslibet burgi, loci, caſtri, caſsinæ,& molendini,de quo iuerint de uicinis,ſuis armatis ad ipſam congregationem, ſeu exemblamentum, teneantur denunciare,& manifeſtare infra primam, ſecundam, uel tertiam, aut quartam diem, ex quo iuerint ad ipſam congregationem,coram D. Poteſtate,uel ſuo Vicario, aut Iudice maleficiorum. Et ſi contrafactum fuerit, condemnentur contrafacientes arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate perſonarum, & facti. Et ſub rubr. de non currendo tempore rumoris ad domum alicuius potentis.

Nullus pręſumat ire,ſeu currere cum armis,vel ſine armis ad domum alicuius potentis,nec ad locum, in quo eſt ille potens,tempore,vel occaſione alicuius rumoris. Et ſi quis ſuppoſitum contrafecerit,ſiue iuerit equeſter,ſiue pedeſter,condemnetur arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate perſonæ, & facti. Si verò aliquis foraſterius cucurrerit, ſeu iuerit tempore rumoris, vel tumultus, ad domum alicuius potentis,amputetur ei pes, & D. Poteſtas teneatur,& debeat de prædictis inquirere,punire,& condemnare ex officio.

Quòd foreſterij non intrent in domos hominum.

NVllus ſtipendarius communis Mediolani, nec aliquis foreſterius audeat,& præſumat intrare,nec ſi intraſſet, permanerę iu domum aliquam alicuius ciuis Mediolani,nec alicuius monaſterij, hoſpitalis,nec ecclſiæ, contra voluntatem illius,vel illorum, cuius eſſet illa domus: & ſi quis contrafecerit, puniatur,& condemnetur in libris quinquaginta tertiolorum,& quilibet,qui intraſſet aliquã

domum, vel teneret contra voluntatem cuius eſſet domus, vel contra voluntatem illius, qui regeret hoſpitale, monaſterium, vel eccleſiam, teneatur eam ſpatiare infra tertiam diem ſub prædicta pœna,, & vltra perdant arma, & equos, quos, & quæ habent, & poſsint offendi in auere, & perſona impune, & debeât caſsari à ſtipendio communis Mediolani, & pro caſſo, & caſſis habeantut Conſtitutiones.

Ex nou. Conſtit. de pœnis. Si quis auſus fuerit Doctori, Magiſtratui, vel Commiſſario, coram quo litem habeat, minas inferre, incurrat pœnam aureorum centum Fiſco applic. totiens, quotiens contrafecerit, & grauiorem etiam arbitrio Principis, vel Senatus.

Vt ſupra. Si quis arma prohibita ferat, vel vltra ſolitam familiã, aliquos cum armis duxerit coram Doctore, Magiſtratu, vel Commiſſario eo die quo ſententia ferenda eſt, & ad locum vbi ferenda eſt ſententia, incurrat pœnam ducatorum centum pro armis, quæ ipſe portauerit. §. Quicunque cum eo fuerint cum armis, pœna aureorum decẽ pro quolibet eorum, teneantur, qui ſi ſoluendo non fuerint, ea pœna inſolidum à principali exigenda eſt: Huius pœnæ duæ partes fiſco cedant, reliqua accuſatori.

Ex ſtatutis.

De pœna iniuriantis D. Poteſtatem, vel eius Iudices, vel Collaterales.

INiuriantes Dominum Poteſtatem, vel eius Iudices, vel Collaterales, vel aliquem eorum arbitrio Poteſtatis puniantur in auere tantùm dummodo non poſſit puniri vltra duplum eius, quòd puniretur iniurians aliquam aliã perſonam.

De pœna portantis arma vetita per ciuitatem.

NVllus debeat portare arma offenſibilia, nec defenſibilia in Broleto nouo cõmunis Mediolani, nec infra confinia Broleti noui communis Mediolani, nec per ciuitatem, nec per ſuburbia Mediolani, & qui contrafecerit, ſi inuentus fuerit in Broleto, vel in confinibus Broleti, condemnetur in libris xxv. tert. & ſi alibi per ciuitatem,

vel

vel ſuburbia inuentus fuerit, condemnetur in ſoldis 10. tertiolorum, & amittat arma, saluò quòd prædicta non habeant locum in illis, qui venerint de foris ad ciuitatem, vſque quo fuerint ad hoſpitia ſua, vel exiuerint domum ſuam, vel hoſpitium cauſa eundi foris, & hoſpites teneantur denuntiare hoſpitibus ſuis, vt arma deponant, alioquin ipſi hoſpites ſuſtineant illam pœnã, & condemnationem, & conſeruent foraſterios indemnes, & quòd Poteſtas non poſſit dare licentiam alicui contra prædicta.

De pœna portantis ferrum fraudulosum.

ALiquis ciuitatis Mediolani, vel Comitatus, vel aliunde non audeat, nec debeat portare in Ciuitate Mediolani, ſuburbijs, nec in comitatu ferrum fraudulosum, ſ. ſtocchum, ſeu miſericordiam, ſeu aliud ferrum ſtrictum & acutum ſimile ſtocco, & miſericordiæ, & qui contrafecerit perdat ſtoccum, & aliud ferrum fraudulosum, & condemnetur in libris decem tertiolorum qualibet vice, nulla defenſione admiſſa, & ſi fuerit in domo Poteſtatis, vel in Broleto, dupplicetur pœna, ſaluis alijs pœnis impoſitis contra portantes arma vetita.

Quòd nullus vadat ad ſonandum de nocte cum viola, vel lauuto.

NVllus vadat poſt tertium ſonum campanæ, vſque ad campanam diei cum lumine, vel ſine lumine cum aliqua viola, vel lauuto, vel alio inſtrumento ad ſonandum, & qui repertus fuerit contrafeciſſe, condemnetur in ſoldis centem tertiolorum.

De pœna euntis de nocte ſine lumine, & cũ armis.

NVllus vadat cum armis cum lumine, vel ſine armis ſine lumine: nec etiam cum armis cum lumine poſt tertium ſonum campanæ, vſque ad campanam diei, & qui contrafecerit, ſi habuerit arma, amittat arma, & condemnetur in ſol. quadraginta tertiolorum, & ſi non ha-

buerit arma, condemnetur in ſoldis viginti tertiolorum, & ſi fugerit, & non permiſerit ſe cercari, & ſcribi, condemnetur in libris quinque tertiolorum, quas pœnas ſi contingerit aliquam per miſerabilem perſonam, vel pauperrimam in prædictis, vel aliquorum prædictorum incurrere, poſsit Poteſtas, vel eius Vicarius minorare, & etiam ſi ei videbitur aliquid modicum in zepo poni facere, & vlterius non procedere. Eodem modo poſsit ipſe D. Poteſtas, ſeu eius Vicarius minorare pœnas, vel facere aliquid poni in zeppo utſ. in miſerabilibus, ſeu pauperibus perſonis incidentibus in ſtatuto de biſclatiis, & in alijs perſonis de modico ludentibus, vel ſuper ludo ſtantibus.

De pœna tenentis ludum biſclatiæ.

SI quis in domo, curia, horto, brolio, vel aliqua alia parte Comitatus Mediolani tenuerit ludum aleæ, biſclatiæ, vel reginetæ, vel præſtauerit ad aliquem ipſorum ludorum, condemnetur in libris ducentum tertiolorum, & ponatur in confinibus longè à ciuitate Mediolani per miliaria centum, & ibi debeat ſaltem ſtare per quinquenniũ, de quibus non poſsit abſolui per D. Poteſtatem, vel aliquem iuſdicentem in ciuitate Mediolani, & ſi dicta confinia non obſeruauerit, & repertus fuerit in ciuitate, vel comitatu Mediolani, ponatur in turre de trizio, & ibi ſtet per quinquennium, & poſsit impune offendi in perſona, & rebus, & quòd ei non fiat ratio in ciuili, nec criminali vllo tempore, & intelligatur tenere, & mutuare ad biſclatiam, ſi inde fuerit vox, & fama.

De pœna ludentis ad biſclatiam.

NVllus audeat, vel præſumat ludere ad Zarrum, nec ad aliquem ludum taxillorum, vel biſclatiæ, nec ad reginetam in ciuitate, vel ſuburbiis, vel comitatu Mediolani, & ſi contrafecerit, ſi fuerit de die condemnetur in libris vigintiquinque tertiolorum. Si verò fuerit de nocte in libris quinquaginta tertiolorum. Et intelligatur

*lude*re,

Digitized by Google

ludere,ſi inuentus fuerit habere ante, uel iuxta ſe tabulerios,uel diſcos pollitos, uel taxillos, aut aliud præparatorium ad ludendum,& quòd in prædictis, & quolibet prædictorum Dominus Poteſtas, & eius Iudices, & milites poſſint coniecturare, & condemnare per fugam, uel per abſconſionem, uel per præſumptionem, & per quælibet indicia, & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem condemnationis, & alia medietas ſit Communis Mediolani. Et ſuper prędictis,& quolibet prædictorum D. Poteſtas, habeat arbitrium inquirendi, puniendi, & condemnandi, & confinandi utſupra: ſaluò quòd quilibet poſſit, impune ludere ad tabulas,& ad ſcacchos de die,& publice,& portæ, ſeu hoſtia domus illius, in qua reperta fuerit biſclatia, debeant comburi, & per totum illum annum illa domus remaneat inhabitata,ſi illa domus fuerit illiꝰ, qui tenuerit prędictum ludum taxillorum, ſeu qui præſtauerit ad dictum ludum taxillorum; & ſi illa domus nō fuerit dictorum, & Domino ſciente, quòd prædictus ludus teneatur in prędicta domo, uendicet ſibi locum prędicta pęna quòd portæ comburantur, & quòd domus remaneat inhabitata utſupra, & aliter non. Et ſuper prædictis, & quolibet prædictorum D. Poteſtas teneatur, & debeat ſingulis duobus menſibus inquirere, & inquiſitionem facere, & habeat arbitrium inquirendi, & puniendi utſupra. Et quòd D. Poteſtas, & quilibet exercens iuriſdictionem in Ciuitate Mediolani ad petitionem cuiuslibet Communis, Burgi, uel loci,Caſſine, molendini teneatur, & debeat cogere omnes tabernarios ſatiſdare, quòd ipſi tabernarii non tenebunt ludos, nec permittent in domibus ſuis ludere,ſub pœna librarum 25. tertiolorum, & quòd communia Burgorum, & locorum, & Conſules, & Officiales, & quilibet eorum poſſint notificare, & denunciare Domino Poteſtati, uel eius Vicario omnes, & ſingulos tenentes biſclantiam, ſeu ludentes ad ludum taxillorum in eorum Burgis, & locis, uel territoriis,contra quos ſic notificatos teneatur ipſe Vicarius inquirere, & procedere ſecundum formam Statutorum Communis Mediolani.

De

Digitized by Google

De pœna ludentis in nondinis, & mercatis.

NOn ludatur ad biſclatias in nondinis, nec mercatis, & ſi quis contrafecerit, quòd pœna duplicetur tam ludentibus, quàm tenentibus biſclatiam, & metuantibus ad biſclatiam.

Quòd obligationes, contractus, & diſtractus facti occaſione biſclatiæ non teneant.

OMnes obligationes, & pignorationes aliæ nationes, contractus, & diſtractus facti, & factæ occaſione biſclatiæ ipſo iure ſint inanes, & ſine effectu, & præſumantur etiam eſſe factæ, & facti occaſione biſclatiæ, ſi famoſus præſtator biſclatiæ eas receperit per ſe, vel ſubmiſſam perſonam, & ille, qui eam fecerit famoſus luſor fuerit.

Quòd non teneantur betoræ, niſi in certis caſibus.

AD hoc vt biſclatiis reſiſtatur, ſtatuitur quòd nulla betora, ſeu taberna ſit, nec permittatur extra aliquem locum, niſi in aliqua parte, in qua ſit de neceſſitate pro eo, quòd ibi frequentetur iter, & non ſit proximus aliquis locus, vbi poſſit teneri taberna, & tunc fiat, ſi per officium Prouiſionum ſimul cum Iudice Turris credentiæ concedatur, & recepta ſatiſdatione per Officium Prouiſionum lib. quingentarum tertiolorum de non tenendo, nec teneri permittendo biſclatiam, nec ludendo, nec ludi permittendo ad ludum taxillorum, reginetæ, offilorum, borellarum, vel alterius biſclatiæ, ſeu ad aliam biſclatiam, & ſi qua betora, vel taberna reperietur contra prædicta eſſe, teneatur D. Poteſtas, & quilibet iuſdicens ipſas, & ipſa facere derupari, & deſtrui, & procedere contra eos tenentes prædicta.

Quòd

Quòd Anciani teneantur denuntiare ludentes & tenentes ludum.

ANciani Parochiarum Ciuitatis Mediolani, & ſuburbiorum teneantur, & debeant notificare ipſo die, vel ſequenti, poſtquàm fuerit præconizatum, D. Poteſtati, vel eius Iudici ad maleficia deputato ludentes, & ludum tenentes, & mutuantes ad ludum, & bannitum de maleficio & latrones, & homines malæ famæ habitantes in eorum Parochiis, & domos, in quibus prædicta fuerint, ſub pœna, & banno pro quolibet Anciano, & qualibet vice libr. decem tertiolorum, & quòd Poteſtas quibuslibet duobus menſibus teneatur prædicta facere præconizari per Ciuitatem, & quòd Poteſtas, & eius Vicarius, & eius Iudices ad maleficia poſſint, & debeant inquirere, & procedere, & condemnare Ancianos negligentes in prædictis.

De Aueritatoribus.

SI quis aueritator repertus fuerit ludere ad corezolam, vel pulueretam condemnetur in ſol. 60. tertiolorum.

De procedendo contra infamatos de biſclacia.

POteſtas, & eius Iudices poſſint ex officio ſuo inquirere prout melius videtur eis conuenire contra infamatos de biſclatia, & illos, qui ludunt, & mutuant ad ludum biſclatiarum, & illos qui tenent ludum, & illos, qui faciunt furta, & recipiunt, & rapinas committunt, & eos compellere modis omnibus tam cautiones extorquendo ab eis, quàm etiam expellendo eos de Ciuitate Mediolani, quàm etiam eos in confinibus ponendo, prout eis videbitur expedire, vt prędicta ceſſent, & quòd de prædictis poteſtas teneatur inquirere, & condemnare vtſupra.

De

Digitized by Google

De eodem.

POteſtas,& eius Iudices teneantur,& debeant infra 15. dies poſt inchoatum officium biſclatiarum abſoluere, vel condemnare ſub pœna qualibet vice D. Poteſtati lib. centum terciolorum, & cuilibet Iudici lib. 25. terciolorũ.

Conſtitutiones autem ſic diſponunt.

✠ *Qui* fallacibus ludis, & ſubdolis artibus euellunt, & quodammodo rapiunt ex imperitorum manibus pecunias alea ludentes, vel alio genere ludi, in quibus fallacias adhibent, item res vendentes adeo artificiosè, vt precioſas, quæ viles ſunt, & pauci valoris, qui vulgò barri dicuntur, puniantur pœna pecuniaria, vel corporali,arbitraria pro qualitate, & modo delictorum, & non ſolùm ipſi, ſed ipſis dantes ad præmiſſa auxilium, aut conſilium.

De iure etiam ludus eſt prohibitus ille.ſ. in quo verſatur ſola ſors, vel mixtura ingenii, & fortunæ: ſecus ſi ſolummodo verſatur ingenium, de qua materia plura dicit D. Clarus in §.ludus ad quem te remitto.

De furto.

Bonif. fol. 212. DE crimine furti tenetur quicunque rem alienam contra voluntatem Domini contractat. furtum enim eſt fraudolenta contractatio rei alienæ mobilis corporalis animo lucrandi rem,vel poſſeſſionem, vel vſum inuito Domino. Et furtum quandoque dicitur manifeſtum, & quandoque non manifeſtum. Et manifeſtum tunc dicitur,quando cum re furtiua depræhenditur fur, antequàm veniat ad locum deſtinatum. non manifeſtum dicitur, quando non depræhenditur fur, & furtum triplex eſt genus, aliquando dicitur fur ſimpliciter, aliquando latro, & aliquando raptor. & fur ſimpliciter, quando rem alienam inuito Domino, & clandeſtinè ſurripit, latro cum ad viam publicam ſpoliat viatores. Raptor ſiue ad ſtratam publicam; ſiue in domo, vel alio loco habitato, vel inhabitato vi rapit. Contra quos ſic diſponant ſtatuta

crimi-

criminalia, & primo ſub rubrica de pœna furis non famoſi committentis furtum. *Si quis* fur non famoſus furtum fecerit pecuniæ, vel rei valentis à libris quinquaginta tertiolorum ſupra, ſuſpendatur per gulam, ita quòd moriatur. Si verò à dicto valore infra, quod ſit à ſolidis 60. tertiolorum ſupra, quòd non ſit ſcacchum, vel robaria, vt ſupra dictum eſt in ſtatutis loquentibus de ſcacco, & robaria pro primo furto cum ferro calidori prçforentur auriculæ, & fuſtigetur acriter per Ciuitatem, pro ſecundo verò furto excedente valorem ſoldorum ſexaginta tertiolorum ſuſpendatur vtſupra niſi pacem habuerit ante pçnam impoſitam, & ſi pacem habuerit, componat Communi Mediolani libr. 25. tertiolorum, quas ſi infra menſem vnum non ſoluerit, pedem amittat, pro tertio verò furto cuiuſcunq; quantitatis ſit, ſuſpendatur vtſupra, nec ei proſit pax. ſaluò quòd ſi ipſa tria furta fuerint omnia ſimul coaceruata à valore ſoldorum ſexaginta tertiolorum infra, puniatur arbitrio Poteſtatis. Et ſi vltra tria furta fecerit, ſuſpendatur vtſup. ſaluò quòd prædicta non habeãt locum in impubere doli non capace, ſi autem fuerit doli capax impubes, tamen puniatur arbitrio iuſdicentis, inſpecta qualitati facti, & perſonæ.

Quòd furtum non excedens ſoldos decem tertiolorum, non intelligatur.

IN coaceruatione, ſeu numero furtorum non appelletur furtum aliquod furto ſubtractum, quòd non exceſſerit valorem ſoldorum decem tertiolorum.

Quòd fur famoſus furcis ſuſpendatur.

FVr famoſus furcis ſuſpendatur per gulam, ita quòd moriatur. Et ille dicetur famoſus fur, vel latro, qui damnatus eſt de furto, vel rapina poſt ſententiam: vel qui accuſatus eſt, & aſſuetus pluries furari, ideſt bis, vel vltra, & eſt infamatus de hoc. latrones autem, qui in itineribus, aut domibus, vel in mari cum armis, vel ſine armis *Boſ. de furtis nu. 36. & Bonif. f. 399 col. 2. num. 9. & 10.*

homi-

Boſſ. 4 inq. nu. 31. & 32. homines per vim ſpoliant, & derobant, & ſunt famoſi, ideſt infamati conſueti pluries derobare: probandum tamen erit, quòd ille commiſerit plura latrocinia in ſpecie, & per famam. Adde ſtatuta. ſ.

Quòd ſcachum, & robaria idem intelligantur.

IN iure noſtro municipali ſcachum, & robaria idem intelligantur.

De pœna committentis ſcachum, & robariam extra Ciuitatem, & terras, & domos.

SI quis fecerit robariam, vel ſcachum pecuniæ, vel rei valentis à ſol. centum tertiolorum ſupra vna vice, vel pluribus coaceruatis extra Ciuitatem Mediolani, vel Burgos, Villas, Caſſinas, & domos habitatas, & habitata furcis ſuſpendatur, ita quòd moriatur. Si verò pecuniæ, vel rei non excedentis dictam quantitatem centum ſol. tertiolorum robariam, vel ſcachum quis fecerit extra loca prædicta arbitrio Poteſtatis puniatur in auere, vel perſona conſiderata qualitate perſonarum, & facti.

De robaria, & ſcacho commiſſo in Ciuitate, vel terra, vel domo inhabitata.

QVicunque fecerit robariam, vel ſcachum in Ciuitate Mediolani, vel Burgo, vel Caſſina, vel domo habitata, pecuniæ, vel rei excedentis ſummam librarum quinquaginta tertiolorum furchis ſuſpendatur, ita quòd moriatur. Si verò pecuniæ, vel rei non excedentis ſummam quantitatis libr. quinquaginta tertiolorum robariam, vel ſcachum quis commiſerit in aliquo prædictorum locorum, de quibus fit mentio in præſenti ſtatuto, pro prima vice, puniatur arbitrio Poteſtatis in auere tantùm, pro pluribus verò vicibus in auere, vel perſona arbitrio Poteſtatis puniatur. Conſtitutiones autem per hæc diſponunt, ſcilicet, *Si quis* fecerit robariam pecuniæ, vel rei valoris, excedentis dimidium aurei unius, extra Ciuitatem, vel Burgos,

gos,

gos, Villaſuè, & Capſinas, ac domos habitatas furcis ſuſpendatur, ita quòd moriatur. ſi verò fuerit minoris quantitatis, puniatur arbitrio Iudicis in ære, vel perſona conſiderata qualitate perſonarum, & delicti. §. Si verò robariam fecerit in Ciuitate, Burgo, Villa, Capſina, aut domo habitata, pecuniæ, vel rei excedentis ſummam quinque aureorum, furcis ſuſpendatur, ita quòd moriatur, à dicta ſumma infra, puniatur pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria, pro prima vice, citra mortem, pro ſecunda verò vice, vel pluribus etiam vſque ad mortem incluſiuè. §. Et quia per ſtatuta Ciuitatum, & locorum cautum eſt, quòd communia teneantur ad reſarciendum damnum, vbi delinquens non reperiatur, & quibuſdam alijs caſibus, ideo ſancitum eſt, quòd communia prædicta non teneantur ad reſarcionem damni in his, quę tempore belli committentur, vel quando aliàs per hominem ipſorum communium reſiſti non poteſt. Et ſtatuta alibi ſic diſponunt, *Cum aliquando* contingat, quòd aliqui in Burgis, locis, terris, vel caſtellantiis Comitatus Mediolani de nocte capiuntur, & per malefactores abducuntur, quibus poſſet aliquando reſiſti per commune illius terræ, ſi ſuccurrerent. ſtatuitur quòd communia Burgorum, locorum, & terrarum dicti Comitatus tam nobilium, quàm vicinorum, in quibus de nocte factæ fuerint tales captiones, teneantur, & cogi poſſint ad reſtitutionem earum robariarum, captionum, & redemptionum, ſi rumor taliter factus fuerit per captũ, vel alium, quòd poſſint ipſi ſentire, & ſuccurrere, niſi malefactores fuerint in tanta quantitate, quòd eis reſiſti non poſſit per illud commune, & niſi ipſi de dicta terra fecerint poſſe ſuum pro volendo defendere, ſtatutis, & ordinamentis aliis hodie ſuper his celebratis in ſua virtute nihilominus manentibus.

De pœna plagiarij.

PLagiarius furcis ſuſpendatur, ita quòd confeſtim moriatur. Hinc plagium dicitur à plaga, vel dolore, qui infertur à plagiario plagium committendo. Habetque locum hæc pœna in illo, qui liberum hominem, vel ſer- *Statutum Bonif. fol. 390.*

Digitized by Google

uum alienum ſciens vendidit, vel alio modò obligat, ſeu alienat, donando, vel in dotem dando, vel qui aliquem ligatum hominem tenet, vel celat, vel qui ſeruo alieno ſuaſit, & à domino aufugeret, vel qui liberum hominem ſciẽs pro ſeruo emit, vel qui ſeruum alienum ſcienter, vel quẽlibet alium hominem liberum capit, vel ſeducit; furatur, vel exportat de loco ad locum, vel de vna Ciuitate, ad aliam Ciuitatem, vel locum. & hęc omnia ſi cum dolo, & ſcientia fiant. Nota etiam quòd capitalis pœna dicitur pluribus modis, vt quando quis vltimo ſupplicio afficitur per mortem, vel eſt aqua, vel igni interdictus, vel deportatus, vel in metallum damnatus.

Bonif. fol. 73. Abigeus autem ille dicitur, qui pecora de paſcuis, vel ex armentis, vel ex ſtabulo ſubtrahit porcum, vel equum, vel bouem de gregibus, vel qui gregem ſubtrahit, & furatur; nam decem oues faciũt gregem, quinque, vel quatuor porci faciunt, ſimiliter gregem. Si autem vnum equum, vel bouem, vel ouem, vel aliud animal errans inuenit, & ſubtrahit, fur potius eſt, quàm abigeus. Item & qui licet non furetur gregem, ſed vnum animal, & ſæpius facit potius abigeus, quàm fur iudicandus eſt.

Quòd fures, & latrones impune poſſint capi dum conſignentur.

Statutum. QVilibet impune capere poſſit furem, vel latronem, uel malefactorem, & cum cęperit eum, teneatur ipſum Domino Poteſtati Mediolani, uel Iudici maleficiorum conſignare, & conſignari facere, ſub forma infraſcripta uidelicet, ſi eum cęperit in Ciuitate infra unam diem. ſi uerò in ſuburbiis infra duos dies. ſi uerò in Comitatu infra quatuor dies: & ſi reperiatur culpabilis de delicto, pro quo captus, uel detentus erit, ſiue non, & ſiue conſignetur Communi Mediolani, ſiue non, incurrat pœnam ſtatuti facti contra tenentes priuatum carcerem, nec aliquam aliam pœnam, ſed talis capiens operam faciat cum effectu ſuo poſſe, quòd talis captus conſignetur in poteſtate Domini Poteſtatis, ſeu Communis Mediolani, & ſi in prædictis negligens fuerit, condemnetur pro tali negligen-

Digitized by Google

gligentia in auere arbitrio domini Poteſtatis inſpectis conditione perſonæ, & qualitate facti. Si verò ceperit in ciuitate Mediolani, vel ſuburbiis Mediol. ſimilẽ notificationem facere teneatur D. Poteſtati, vel iudici maleficiorũ infra vnã diẽ, quòd ſi fecerit, non incurrat aliquã pœnã.

De receptatoribus furtorum, robariarum, & latronum.

Statutum

Receptatores furtorum, vel robariarum, vel famoſoſorum latronum ſcienter, furcis ſuſpendantur, ita quòd confeſtim moriantur.

Receptator ſcienter banniti de rebellione, vel robaria & ſcacho eadem pœna puniatur, qua puniri deberet ille bannitus, ſi in fortiam communis Mediolani perueniſſet. Receptator ſcienter rebellis non banniti arbitrio Poteſtatis puniatur in auere, vel perſona, inſpecta qualitate perſonarum, & facti. Receptator ſcienter banniti de maleficio, ex quo pœna ſanguinis ingeratur, præterquàm in aliquo caſuum, de quibus fit mentio in ſtatuto incipiente receptatore ſcienter bannito de rebellione, &c. puniatur in auere, vel perſona arbitrio Poteſtatis, conſiderata qualitate facti, & perſonæ. Receptator ſcienter banniti de maleficio, ex quo pœna ſanguinis non ingeratur, puniatur arbitrio Poteſtatis in auere tantùm conſiderata qualitate facti, & perſonæ. Si quis receptauerit aliquem eius agnatum, vel cognatum, vel affinem, vſque ad quartum gradũ, ſecundum iura canonica computandum bannitum, vel non bannitum, nulla pœna corporali puniatur, ſed in auere tantùm arbitrio Poteſtatis conſiderata conditione perſonæ, & qualitate facti. Statutum

Quòd damnum, & iniuria commiſſum in perſona, & rebus banniti de maleficio, remaneat impunitum, & impunita.

Omne damnum, & iniuria, & maleficiũ datũ, & factũ in perſona, vel rebus banniti de maleficio, ex quo

pœna mortis ingeratur perpetuò remaneat impunitum, & impunita, & proceſſus, qui fieret per quemcunque rectorem, ſit ipſo iure nullus,eo excepto, quòd ſi offenſio fieret illi bannito per illum, vel illos, qui in pace, vel tregua ſecum fuerit, proinde maleficium puniatur, ac ſi in banno maleficii offenſus non eſſet. ſi verò quis fuerit bannitus de maleficio,ex quo pœna ſanguinis citra mortem ingeratur, poſſit in rebus, & perſona citra mortem impunè offendi. Si verò quis fuerit de maleficio,ex quo pœna ſanguinis nõ ingeratur,poſsit in rebus,ſed non in perſona impunè offendi, & prædicta non habeant locum in bannito de maleficio, & fideiuſſoria.

De remuneratione conſignantis bannitum,vel malefactorem.

QVilibet bannitus de maleficio communis Mediolani conſignauerit, vel conſignari fecerit aliquem bannitum maleficii in fortiam communis Mediolani de banno eximatur, ſi ipſe eſt bannitus ex ſimili banno, vel minori, vt erat ille,quem conſignauerit, vel conſignari fecerit: & ſi ille, qui dictum bannitum conſignauerit, vel conſignari fecerit,non eſſet bannitus,liceat ipſi facere eximi vnum alium bannitum de ſimili banno, vel minori, & quòd Poteſtas,vel iudices prouiſionum teneantur tales bannitos facere eximi de banno,& ipſo iure pro exemptis habeantur, eodem modo eximantur, & ipſo iure pro exemptis habeantur, de condemnatione, ſi qua condemnatio ſequuta fuerit ob id bannum, ſeu occaſione dicti banni. & quòd conſignationes,quæ fient de aliquo bannito ſcribantur,& regiſtrentur ad officium dominorum duodecim prouiſionum, vel ad gubernatores ſtatutorum communis Mediolani, & ſi qua remuneratio, & exemptio alicuius banniti fuerit ſubſecuta ratione dictarum conſignationum ſimili modo ſcribatur penes dictam conſignationem, ad hoc ut appareat, quòd conſignans fuerit aſſecutus præmium ex eadem conſignatione, alioquin exemptio banni, & condemnationis, quæ fieret occaſione dictæ congnationis,

Digitized by Google

nis non teneat, nec ab hoc aliquid præmium conſequatur, quòd ſtatutum non habeat locum cum in illis de relaturæ, nec in eorum fauorem.

De remuneratione conſignantis bannitum, vel malefactorem, qui puniatur.

QVilibet ſiue ſit ciuis, ſiue contadinus, ſiue foraſterius, ſiue habeat, ſiue non, ſiue ſit communitas, qui vel quæ cæperit, & conſignauerit in fortiam communis Mediolani aliquem malefactorem, qui veniat puniendus ad mortem; habeat à communi Mediolani libras quinquaginta tertiolorum. & ſi non veniat puniendus ad mortem, ſed ad aliam pœnam, ex quo amittat membrum, habeat libras vigintiquinque tertiolorum, hoc intellecto, quòd ſi ille, qui eum cæperit, & conſignauerit vt ſup. velit prędictam pecuniam, non habeat beneficium præcedentis ſtatuti.

De pœna auferentis bannitum, vel malefactorem, qui conſignari voluerit.

AVferentes, ſeu conantes auferre aliquem bannitum, vel malefactorem, qui conſignari voluerit in fortiam communis Mediolani, puniatur arbitrio Poteſtatis in auere, vel perſona, conſiderata qualitate perſonarum, & facti. Et ſi quis abſtulerit, ſeu conatus fuerit auferre, aliquem alium captum, qui conſignari voluerit in fortiam communis Mediolani, arbitrio Poteſtatis puniatur, eodem modo puniatur impediens aliquem capi per familiam D. Poteſtatis Mediolani, vel alicuius iuſdicentis.

Digitized by Google

De pœna communis terræ, in qua banniti maleficij conuerſari inuenti fuerint.

SI quis bannitus de crimine læſæ Maieſtatis, ſodomiæ, vel proditionis patriæ, vel de homicidio, ſcacho, vel incendio, vel gualto, vel robaria, vel furto in burgo, vel villa conuerſari inuentus fuerit, poſtquam notum fuerit, vel denunciatum, condemnetur burgus, ſi fuerit bannitus de crimine læſæ Maieſtatis, ſodomiæ, ſcacho, vel robaria, vel furto, in libr. 200. tert. & locus in lib. 110. tert. & ſi fuerit bannitus de homicidio, vel incẽdio, cõdemnetur burgus in lib. 100. tert. & locus 50. & ſi fuerit bannitus de guaſto, condemnetur burgus in libris quinquaginta tertiolorum, & locus in libr. xxv. tertiolorum, & plus, & minus arbitrio Poteſtatis, inſpecta qualitate facti, & perſonarum, ad quam condemnationem nobiles, & vicini ipſorum burgorum, & locorum teneantur, ſaluis iudiciis, & minoribus annis xiiij. & miſerabilibus perſonis, ſaluò quòd ſi prædicta communia denunciauerint Poteſtati, quòd tales banniti habitant in ſuis terris, & quòd propter eorum vel tenentium potentiam eos expellere non poſſunt, quòd ad prædictas pœnas minimè teneantur, & idem ſit ſi bannitũ conſignauerit.

De bannitis, & receptatoribus bannitorum Conſtitutiones ſic diſponunt.

QVoties aliquem pro crimine præſentem, vel contumacem banniri contigerit, is publicetur in locis ſolitis, & in albo apud officium iudicis bannientis deſcribatur cum cauſa, & delicti qualitate. Inſuper vbi in ciuitate, vel Ducatu Mediolani banniantur, Iudices quantumuis ſeparatam iuriſdictionem habentes curent cum effectu intra octo dies immediatos poſt bannum bannitos ſimiliter deſcribi in albo Panigarolarum: in aliarum verò ciuitatum, territoriis, aut diſtrictibus in albo Prætoris illius ciuitatis, in cuius territorio, aut diſtrictu iuſdicent,

& hoc

& hoc ſub pœna priuationis officii, & alia grauiori arbitrio Principis, vel Senatus. Nulla perſona cuiuſcunque ſtatus, & conditionis ſit, audeat, vel præſumat ſcienter receptare, vel permittere, quòd in ſuo, vel ſuper ſuo receptetur aliquis bannitus, vel condemnatus de aliqua ciuitate, vel terra huius dominii de aliquo crimine, ex quo pœna mortis, mutilationis membri, ſeu etiam alia pœna ſanguinis veniat imponenda, nec ipſis bannitis præbere aliquod conſilium, nec auxilium. Quòd ſi contrafecerit ipſo facto incurrat ſimilem pœnam, quam bannitus pati deberet. §. ſi fuerit commune, & collegium, vel vniuerſitas, quæ bannitum, vel condemnatum receptauerit, vel ei dederit auxilium, vel conſilium, & intelligatur auxilium dediſſe, cùm in eorum locis banniti per biduum ſteterint, condemnetur in pœna aureorum ducentum, & grauiori arbitrio Principis, vel Senatus. §. feudatarii quantamcunque latam conceſsionem, & exemptionem habeant, & etiã communia, & vniuerſitates, quæ gaudeant priuilegio immunitatis, vel exemptionis, non præſumant bannitos ex quauis cauſa ſcienter in eorum domibus, terris, villis, & caſtellis, ac iuriſdictione receptare, nec eis dare auxilium, vel conſilium ſub pœna (ſi feudatarii ſint præſentes in loco) amiſſionis feudi, priuilegii, immunitatis, & exemptionis conceſſorum a Principe etiam ex pacto, vel conuentione, vel aliter quouiſmodo, etiam quòd clauſulam derogatoriam habeant, & alia pœna grauiori arbitrio Principis vel Senatus, in quas ipſo iure, & facto incurrant. §.

Pœnis prædictis præmiſſi nõ tenebuntur, ſi bannitos detinuerint, & Iudici, ad quem ſpectant, conſignauerint ea die, vel ſequenti, & vbi ob potentiam bannitorum eis reſiſti non poſſit, ſufficiat, quòd in eo termino iuſdicenti notificent. §. vbi verò domini abſentes ſint, officiales, Poteſtates, & caſtellani eorum, neceſſe habent bannitos ibi cõmorantes detinere, etiam quòd non ſint banniti in dictis locis, & feudis, & ſtatim moneant Principem, vel L. T. aut Senatum, nec etiam audeant receptare bannitos, minus eis dare auxilium, vel conſilium pæna, qua ſupra. §. Punianturque officiales præmiſsi priuatione officii, ita quòd intra triennium non poſsint amplius ipſum

Digitized by Google

officium exercere, & alia grauiori pœna, etiam corporali arbitrio Principis, vel Senatus.

Capitanei tã peditum, quàm equitum in eorum turmis bannitos ex cauſa capitali in dominio non habeant, quòd ſi habuerint, & non expellant, vel capitaneo iuſtitiæ non conſignent, eadem pœna, qua bannitus omni exceptione remota punientur.

Imputati de receptatione alicuius banniti, non excuſentur ex eo quòd probent tolleratos eſſe bannitos, niſi probent tollerantiam à Principe, L. T. vel officialibus ciuitatum habentibus merum, & mixtum imperium.

Banniti ab officialibus eorum, qui ſeparatam iuriſdictionem habẽt, intelligãtur banniti à toto dominio, & è cõtra.

Non poſſint iuſdicentes procedere pro receptatione bannitorum, vel auxilio, aut conſilio eis dato, contra parentes pro filio, ſocerum, & ſocerum pro genero, & nuru, & è contra vxorem pro marito, aut è contra, nec contra fratrẽ pro fratre in eadem habitatione communionem habente, Principe, aut Senatu inconſulto.

De damno dato.

Boni. 563. DAmnum dicitur a diminuendo patrimonio, ſiue à demo domis, eo ꝙ demat de re mea aliquid, ꝙ multipliciter cauſatur, vel ab homine, vel à brutis, quæ actio cũ ſit quotidiana, duxi referre, quæ ſcribit antepoſitus doctor, qui nu. 4. ſic ait, ꝙ damnũ quãdoque datur ab animali quadrupedo mãſueto de ſui natura, vt eſt bos, equus, & canis, & ſimiles. inde ſi bos, vel animal alterius pſonæ cornu petit, vel eum cornibus nocet, & dat tibi damnum ſuo motu, & commota feritate contra naturam ſui generis, vel equus cum pede calcitrat, uel mordet canis. Poteris ad damnum tantum agere, vt damnum tibi emendetur, ſi autem culpa hominis, non ſuo motu, nec ſui natura dederit damnum, vt quia animal eſt plus iuſto oneratum, vel propter loci anguſtiam dederit damnum, non poteris agere actione in factum de pauperie, ſed iniuriarum contra illum, cuius culpa damnum datum eſt. Si autem canis duceba-

cebatur ab aliquo, & ipſe non potuit canem itinere, & aufugit ab eo, quia ipſe eſt in culpa, tenetur, non dominus canis, ſi autem inſtigatu alterius dat damnum canis ille, qui canem inſtigauit, tenetur, non autem dominus. Itē ſi equus calcarib⁹, vel baculo percutitur, & recalcitrat, uel bos cornu petit, & dat damnum, ille, qui percuſſit, tenetur, ſi autem palpitauit tantùm, tunc dominus animalis tenetur. ſi autem equus tuus, vel bos animal meum percuſſit, & per hoc animal meum dat alicui damnum, tu teneris, nō ego. Item ſi tuum animal agreditur meum, & propter hoc meum animal læditur, & vulneratur, vel occiditur, non tibi teneor, quia tuum fuit in culpa agrediendo meū, ſi verò non appareret, quod animal ſit prius aliud agreſſum, neutrum alteri tenebitur, quia paria delicta mutua compēſatione tolluntur. Et quando animal concitauit meum, & per hoc dedit damnum, agendū erit contra te quia tuum videtur dediſſe damnum, quia dedit cauſam. Hinc arg. quòd ſi aliquis fecit inſultum contra me cū gladio, volendo percutere me, & ipſum percutio quòd nō debeam condemnari, quia ille fuit in culpa, & quoniam videor facere ad mei defenſionem, & quòd dominus animalis, qui tunc habet, & poſſidet animal, quando dat damnum, ille tenetur, & non alius cuius fuerit, vnde ſi non poſſidet, debet interrogari ſi velit defendere, & ſi dixerit ſic, agitur contra eum, & aliter nu. 28. & ſi animal moriatur ante litem conteſtatam, non poteſt agi, ſecus ſi poſteà, & quòd hæc actio competit hæredi, & contra hæredem, & quòd actio de pauperie, vel in factum datur cuilibet, cuius intereſt, & quòd ſi animal tuum comedit herbam meam, vel granum, vel canis, vel muſcipula carnes meas, uel porcus farinam, ſine inuaſione, ſed ſuo motu, & ſic facit non contra naturam ſui generis, ſed ſecundum naturam, quòd poterit agi actione in factum generali ad damnum datum. ſimiliter ſi gallina, vel anſer dat damnum, habet locum vtilis actio de pauperie ad damnum. ſi verò animal tuum dat damnum in perſonam alicuius, vt quia equus recalcitrauit, & frangit crus eius, vel brachium, ſi commota feritate, & contra naturam ſui generis facit, tu teneris vel dare pro noxa, uel emendare, ſi inſtigatu al-

Digitized by Google

terius ille tenetur,& venit in eſtimatione dãni, æſtimatio expenſarum factarum in medicatura, & curatione vulneris,& operarum,quibus caruit, ſi erat homo alicuius artificii,ac omnium damnorum,quæ paſſus eſt nu. 19. Item ſi canis,vel vrſus alicuius,vel lupus,vel ſimia dant damnum, habent locum prędicta. Item ſi quis habet, & tenet lupum,vrſum,vel aliud animal ſiluestre,& dat damnum, ipſe tenebitur,quanti iudici videbitur;ſi autem aufugerint à domino,tunc dominus non tenebitur,quia deſinit eſſe dominus,imò qui occidit, lucratur corpus animalis, vel ſaltem dabitur actio non directa,& quòd ſi plures ſunt domini, quilibet tenetur in inſolidum. Et quòd datur quandoque damnum perſonæ: vnde ſi ſeruus tuus dat mihi damnum,potero agere contra te,vt vel emendes damnum, vel des ſeruum pro noxa, & hoc ſi dominus ignorat ſeruũ delinquere, ſi autem ſcit,& prohibere poteſt, & non facit, tunc ipſe tenetur, & non liberatur dando ſeruũ pro noxa, & ſi ſeruus eſt plurium,datur actio contra quemlibet ipſorum inſolidum,& ſi in re communi poteſt agi,vt vel damnum cuilibet emendetur, vel detur communiter pro noxa. & non solùm detur contra dominum poſſidentem noxalis actio,ſed etiam contra eum,qui dolo deſiit poſſidere. Item datur quandoque in perſonam: & ſi datur in libero homine,qui percuſſus, & vulneratus eſt, agit ſimiliter ad impenſas factas in medicinis, & in curatione ſua,& damno dati. Item datur libero homini actio l. aquiliæ nõ directa,quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, nec habetur ratio deformitatis, quia liberum corpus non recipit æſtimationem, ſed habetur ratio operarum, quibus caruit,aut cariturus eſt,& ob id quòd inutilis factus eſt, & & fiet æſtimatio operarum, vſque ad illud tempus, quo veriſimile eſt aliquem viuere poſſe habito reſpectu ad ſuã ætatem. Si verò ſeruus fuerit vulneratus,qui uulnerauit tenetur inquantum ſeruum deteriorem fecit. Item poteſt liber homo agere actione iniuriarum. Item datur,& alio modo damnum in perſonam,vnde ſi plures uulnerant aliquem,& per hoc iaceat in lecto, tenentur iſti uulnerantes ad impendia facta occaſione uulnerum,& ad æſtimationẽ operarum, quas amiſit, & amiſurus eſt ob eam cauſam.

Item

Item ſi quis apparuit ciſternam, vel ſoueam fecit in loco publico,& in eam bos, vel aliud animal,vel homo cecidit, & læſus eſt,tenetur emendare damnum,& operas ſecus. ſi in ſuo priuato fecit, vbi conſuetum eſt fieri, & hoc eſt verum, ſi non denunciauit, quod fecit, aliàs ſecus: Item ſi animal tuum depoſuit herbam,vel bladum meum, uel dat mihi damnum in vinea mea,vel agro poſſum agere ad dãnum meum, & ad æſtimationem, quod tu emendabis, vel animal pro noxa dabis,& eſt licitum Domino fundi inuenienti animal dans damnum, ſi ſciuerit cuius fuerit, expellere, & non retinere, ſed ſi neſciuerit,cuius fuerit, retinere poterit donec ſciat cuius ſit,& tunc agere poterit cõtra Dominum animalis, ſed non licebit offendere animal. Item ſi miſiſti ignẽ in ſtipula tua,& ignis dedit mihi damnum poſſum agere ad damnum contra te. ſi negligentia tua acciderit, vel culpa, vt quia tempus ventoſo feciſti, ſi verò non culpa tua, ſed propter ſubitaneum ventum, hoc contingerit, non teneris. Item ſi quis incendit domum, & propter hoc ſuſtinui damnum, ſi voluntariè fecit, tenetur emendare damnum in quadruplum, ſi negligentia in duplum, ſi dolo comburitur, & ſi tu dediſti mihi damnum non animo nocendi, quòd non minus teneris mihi emendare damnum, vel ſi aliquis me impulit, & cecidi ſuper aliquem, vel rebus, ſic quod damnum dedi, ipſe tenetur emendare damnum, & in illo, qui plus te onerauit, quam portare poſſet, & de hoc dedit damnum. Item ſi Medicus imperite me medicauit, vel incidit, vel curationem dereliquit, & per hoc ſum læſus, tenetur ad damnum. Item in vecturalibus,& munione,& in notario,qui omiſit acta cauſæ ſcribere, vel inſtrumenta, vel imbreuiaturas. Item ſi quis ſcindit, vel lacerat, vel deturpat veſtes meas,tenetur ad damnum meum. Item ſi quis fecit incendium, & ignis dat mihi damnum dormiendo, non excuſatur,quia culpa præceſſit caſum. Item ſi habes furnum apud domum meam,& dat mihi damnum,teneris mihi,vel ſi ante damnũ volo agere damni infecti teneris mihi cauere. Itẽ ſi includis aues,vel apes meas,vel excuſſerit,tenetur ad damnũ l.aq. Itẽ ſi immiſiſti loliũ,& auenã,uel q̃d ſimiliter turpe in bladũ meũ,uel corrupiſti uinũ,uel acetũ meũ.

Digitized by Google

Item qui fecerit mihi numos cadere de manu, vel equam prægnantem percuſſit, ita quòd partum eieicerit, vel nauem proforauerit, & ita ſum læſus, tenetur. Item ſi quis collegit vuas meas nondum maturas, vel ſegetes, vel bladum, vel ſimilia, vel ſyluam meam non maturam, vel ſalicetum, vel oliuetum incidit, tenetur, ſed ſi matura eſſet, non tenetur, quia videtur impenſas factas mihi velle donare, tenetur etiam criminaliter furti, ſi alij exportauit. Item ſi conductor alicuius operis me damnificauit imperitia ſua, tenetur ſecus ſi vitio rei. Item ſi rupit oſtia domus, vel feneſtras imperitia ſua. Item ſi quis effudit mihi vinum meum, tenetur. Item ſi currendo ſuper equum meum, damnum dediſti, teneris, niſi proclamaueris caue, caue. Item ſi magiſtratus dat damnum, tenetur. Item qui vinum meum bibit, vel bladum, vel fructus comedit, tenetur. Item ſi quis fumo facto dat, vel infert damnum in rebus meis; tenetur. tenetur etiam actione iniuriarum. Item ſi putator arboris ramum eijcit, & non clamauit, ſi eſt prope viam publicam, vel vicinalem, & aliquem percutit, punietur. Idem de tectore domus, ſecus ſi pro clamauerit. Item ſi tuum plauſtrum contra meum venit, & boues meos, vel aliquid aliud læſerit, teneris mihi ad damnum meum. Item ſi mulaterius propter timorem dereliquerit mulas, vel bubulcus plauſtrum, & per hoc ſuſtineo damnum ipſe tenetur. Item ſi plures currunt, & currendo, & ludendo data opera ad damnum vnus alteri tenetur, aliàs ſecus. Item ſi coegiſti equam, vel vaccam meam in locum ſtrictum, & percuſiſti, & per hoc eiecit partum, teneris mihi ad damnum meum, & prædicta niſi fecerit cauſa euitandi periculum, & generaliter tenetur in quolibet caſu, in quo quis dedit damnum mihi in rebus meis, vel fructibus dolo, vel lata culpa, vel leui, vel leuiſſima excepto, quàm in duobus caſibus, tenetur mihi ad damnum meum. Item vbicunque datur damnum ab aliquo per iniuriam, vel imperitiam, vel negligentiam, per ſe vel alium mandantem, vel auxilium dantem, vterque tenetur fallit in filio, & ſeruo, qui dant damnum de mandato domini, vel patroni, quia in leuibus obedire tenetur, ſecus in atrocioribus. ſed agitur contra patrem, vel dominum.

vbi

vbi dicit quòd agitur ad damnum in ſimplum contra cõfitentem, contra verò negantem in duplum, & duplatur illud, quod erat ſimplandum, in quo ſimplo veniunt omnia damna, quæ veniunt propter damnum illatum, & etiã vtilitas intrinſeca, & fiet æſtimatio ſecundum communem opinionem, non ſecundum ſingularem affectionem, vel vtilitatem. dicit etiam quòd ciuiliter, & criminaliter ſimul, & ſemel agi non poteſt, & quòd dare damnum eſt maleficium, vnde iudex qui de maleficio cognoſcit. debet de hoc cognoſcere, & non alius aliàs, non ualeret proceſſus, quia non debet unus de officio alterius ſe intromittere, & quòd ſi tu proieciſti feces, uel quid aliud ante domũ meam contra formam ſtatuti, & per hoc fui condemnatus, quòd agam contra te ad damnum meum ſi tamen domus ſit mea propria, ſi autem eſt communis mihi, & tibi agam communi diuidundo ad intereſſe meum. & ſi oues meæ paſcunt granum tuum, uel porca mea fructus, uel vuas, uel glandes tuas æmiſſi à me, teneor actione in factum de paſtu pecorum ad damnum officio Iudicis. ſi verò non fuerunt immiſſæ à me, ſed ſuo motu intrauerunt, & damnum dederunt. habebit locum vtilis de pauperiem, quia directa non poteſt habere locum, cum damnum non ſit datum contra naturam ſui generis, & quòd æſtimatio damni fiet quanti pluris valuerit in futurum eo anno, uel tempore meſſium, uel uendemiarum, uel alio tempore illius anni. vbi etiam dicit num. 67. quòd ſi Dominus immiſerit pecus meum in prædido meo, & dederit mihi damnum dando ipſum pro noxa, non liberatur, ſecus ſi non immiſiſſet. & quòd ſi colonus tuus, uel laborator dat mihi damnum. quòd ipſe tenetur, ſed poteris mihi damnum emendare, & poſtea illud ab eo conſequi per actionem locati, ſed ſi iuſſu tuo fecerit, etiam agam contra te. Et ſi beſtia tua eſt perdita, & dat mihi damnum, te ignorante, quòd non tenetur Dominus, ubi eam dimiſiſſet in paſcuis cum illa cuſtodia, quam alij faciunt, ſecus tenetur. ſed de damno dato non tenetur infantes, & furioſi, nec pupillus doli capax, nec ille, qui neceſſitate famis ductus faceret, nec ſi damnum poſſet dari alicui, cui licitum ſit dare, uel Iure communi, uel ſecundum formam ſtatut. ne quis deci-

pia-

Digitized by Google

piatur legis auxilio. At ſi plures dant damnum, nunquid vno ſatisfaciente alij liberantur, dicit, quod non cum ſit pœna, & in pœnis quilibet teneatur inſolidum, ſed ſi pęna peteretur, non vt pœna, ſed vt intereſſe, tunc vno ſoluente alii liberantur, ſed ſoluens non poterit agere contra alios actione negotiorum, quia quod ſoluit, facit ratione delicti ſui, & ſoluit pœnam delicti ſui. Dicit etiam, quòd ſi inuenero tuam beſtiam in vinea mea, vel campo dantem mihi damnum, quòd potero dictam beſtiam capere, & ducere ad domum meam, & tibi denunciare qualiter inueni eam, & petere à te, quòd damnum mihi emendes, ſed non poſſum eam percutere, vel offendere, aliàs eſſem puniendus, ſed ſi tui paſtores cum beſtiis tuis mihi damnum darent in fundo meo, te etiam ignorante, tu teneris ad damnnm mihi, tunc poteris agere contra illos ad emendandum damnum, cum illorum culpa fueris illud conſequutus. ſi verò de domo alicuius aliquid deiectum eſt, vt aqua, vel feces, per quod veſtes meæ, vel aliæ res deuaſtentur, uel deteriorentur, potero agere contra eum ad damnum in duplum mihi datum, quod procedit, ſiue proiiciatur in via publica, per quàm iri connſuetum eſt, ſiue in priuata, dummodo aſſuetum ſit per eam publicè iri, ſi verò nouerat aſſuetum iri, tunc non tenetur, niſi dolosè ſit deiectum. Et ſi filius familias ipſe deiecerit de domo propria, vel conducta, vel gratis conceſſa, ipſe tenebitur, non autem pater hoſpes autem, qui nuper venit in hoſpicio ad hospitan. non tenebitur ipſe, ſed hoſpitator, qui tenet hoſpitium, & ſi plures habitant in eadem domo, uel cœnaculo, & neſcitur quis proiecerit, inſolidum omnes tenentur, & vno ſoluente omnes, qui in domo ſunt, liberantur. ſi uerò diuiſa eſt domus, tunc tenetur ille, de cuius parte deiectum eſt. ſi uerò maiorem partem domus ſibi retinet, & aliam amico concedit, ipſe qui maiorem partem habet, tenetur. ſed ſi diſcipulus, uel operarius aliquid eiecerit, magiſter, uel conductor tenetur, ſed ipſe poſtea agit actione in factum contra diſcipulum, vel operarium ad damnum ſuũ, & datur actio hæredi eius, qui damnificatus eſt ex tali deiectione, ſed non in hæredem deiicientis, ſed de hoc aliàs. ſubiiciamus nunc ſtatuta criminalia,

Digitized by Google

nalia, quæ de incendio ſic diſponunt. *Siquis* incendium poſuerit, uel poni fecerit in domo alterins habitata, uel ſacra, uel religioſa, capite puniatur, ita quod moriatur, & ultra ad emendationem damni in duplum damnum paſſo teneatur, qui uerò aliter incendium poſuerit, uel poni fecerit, propter quod dederit damnum à libris centum tertiolorum ſupra, condemnetur, & puniatur in lib. quingentis tertiolorum communis Mediolani, & ad reſtitutionem damnum paſſi. Si uerò incendium poſuerit, uel poni fecerit, propter quod damnum ſit ſequutum a libr. xxv. tertiolorum ſupra, vſque ad libr. centum tertiolorum, condemnetur in libris ducentum tertiolorum communi Mediolani, & ad reſtitutionem damni in duplum damnũ paſſo. Si uerò incendium poſuerit, vel poni fecerit, propter quod damnum ſit ſequutum à libris xxv. tertiolorum infra, & a libris decem tertiolorum ſupra, puniatur in libr. 50. tertiol. communi Mediolani, & ad reſtitutionem damni in duplum damnum paſſo. Si verò à decem libris tertiolorum infra, puniatur in lib. xxv. teriolorum, & ad reſtitutionem damni in duplum damnum paſſo, quas pœnas, quæ peruenire debent in commune Mediolani, ſi infra 30. dies non ſoluerit incendiarius, vel fieri faciens, amputetur ei pes vnus, in quo eſt magis potens, & nihilominus teneatur in carceribus, donec pro duplo damni ſatisfecerit damnum paſſo, uel cum eo compoſuerit.

De damno dato.

SI quis damnum, vel guaſtum aliter, quàm per incendium a decem libris tertiolorum ſupra, condemnetur in libris quinquaginta tertiolotum communi Mediolani, & in duplum damni dati damnum paſſo. Si verò à libris decem tertiolorum infra, condemnetur arbitrio iudicis, dũ condemnatio non excedat libras xxv. tertiolorum, & ad reſtitutionem damni in duplum damnum paſſo, & non relaxetur de carceribus, donec ſoluerit prædictam pœnam, & cum eo læſo compoſuerit.

Quali-

Statutum. *Qualiter communia teneantur ad reſtitutionem pro damno dato.*

SI de cætero in aliquo burgo, vel loco, caſſina, vel molendino, ſiue territorio aliquod damnum, vel guaſtũ datum, vel factum fuerit de die, vel de nocte per incendiũ, vel inciſionem, vel depopulationem, vel alio modo in domibus, terris, pratis, vineis, boſchis, arboribus, vel aliquibus ſeminatis, brugarijs, vel caregijs, commune, & homines nobiles, & vicini illius burgi, loci, caſſinæ, molendini, ſiue territorii teneantur, & debeant infra tertiam diẽ capere, & communi Mediolani conſignare illum, vel illos, qui illud damnum, ſiue guaſtum dederint, vel fecerint, alioquin commune, & homines tam nobiles, quàm vicini illiu, burgi, vel loci teneantur, & debeant damnum reſtituere, & reſarcire damnum paſſo in duplum, ſecundum extimationem, & examinationem ſuper hoc faciendam per illos, qui ad illam extimationem, & examinationem fuerint electi per D. Poteſtatem, vel eius Iudicem, & ad ipſam reſtitutionem cõpellantur ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſine libelli, vel declarationis datione ex officio, & extra ordinem, & omni die, de datione cuius damni dati, vbi aliter non appareat, credatur damnum paſſo eum ſacramento, & vno teſte fide digno. Et ſi eſſet dubium de cuius territorio eſſet ille locus, in quo damnum datum fuerit intelligatur quo ad contenta in præſenti ſtatuto eſſe de territorio illius terræ, loci, vel burgi, cui proximior fuerit ille locus, in quo damnum datum fuerit, ſaluò quòd commune, & homines prædicti, qui ad ipſam reſtitutionem compulſi fuerint regreſſum habeant liberum, & efficacem, & ſummarium vſque ad quantitatem, quam reſtituerint, & de damnis, & expenſis contra illos, & eorum bona, & quemlibet eorum inſolidum, qui illud damnum, vel guaſtum dederint, vel fecerint: & saluò quòd ſi prædicta communia conſignaucrint malefactorem, vel malefactores infra mẽſem vnum poſt damnum datum, & factum in fortiam communis Mediolani, quòd non teneantur ad

Digitized by Google

dictam reſtitutionem, & saluò quòd viduæ, & orphani, & miſerabiles perſonæ non teneantur ad dictam reſtitutionem.

De menſura Miliarij.

BRachia tria millia ad paſſum veterem de lignamine non maiorem, nec minorem, ſed mezanum ſignatum in lapide, qui eſt in broleto nouo communis Mediolani, faciunt miliarium vnum, & debet incipi ad menſuram in capite burgi, vel loci vſque ad locum robariæ, vel captionis, & debet menſurari per illas partes, per quas poſſunt ire boues, & equi, ſiue ſtrata, ſiue via, ſiue ſenterium ſit, saluò quòd per hoc ſtatutum non derogetur ſtatuto de iure reddendo foraſteriis in hominibus Lõbardiæ, ſed in aliis perſonis extra Lombardiam ſeruetur hoc ſtatutum, prout iacet; & ſi quis ſcienter receptauerit illos malefactores, vel robatores, vel aliquem eorũ, condemnetur in lib. 100. tert. & nihilominus teneatur, & conueniri poſſit ad reſtitutionem rerum derobatarum, & redemptionem, quemadmodum poſſent illi robatores.

De Iure cõi à confinantibus ædif. incip. not. in l. verb. Roiæ. ff. de ver. ſig. & tex. in l. nullo paſſus.

Quòd ſtatuta, facta contra Mercatores fugitiuos ſeruentur, & executioni mandentur.

STatuta Mercatorum Mediolani facta contra Mercatores fugitiuos ſeruentur, & executioni mandentur per D. Poteſtatem Mediolani, & eius Iudices, ac ſi in eorum perſonam eſſent condita.

Quòd nulla domus, vel ſedimen deuaſtetur, niſi in certis caſibus.

NVlla domus, vel ſedimen deuaſtetur in ciuitate, nec ſuburbiis, nec diſtrictu Mediolani aliqua occaſione, niſi fuerit ex forma conſtitutionum factarum contra hæreticos, vel præſentium ſtatutorum: & ſi aliquis iuſdicens,

vel

Digitized by Google

vel officialis contrafecerit, condemnetur in lib. 500. tertiolorum,& nullus iuſdicens, vel alius officialis poſſit petere licentiam de dicto ſtatuto, ſub pœna prædicta in conſilio, vel arengo. Et pœna ſit arenganti librarum ducentarum tertiolorum, & cuilibet alii officiali librarum ducentarum tertiolorum, & nihilominus iuſdicens, & ipſe officialis, qui domum, vel ſedimen deuaſtauerit, vel deuaſtari fecerit; teneatur ad reſtitutionem damni in duplum damnum paſſo, & quilibet poſſit quemlibet contrafacientem offendere in perſona,& rebus impunè,& hoc ſtatutum ſit præciſum, & contra non poſſit ordinari, vel reformari, & ordinatum, vel reformatum non teneat. *Si quis* incendium poſuerit, vel poni mandauerit in domo, vel loco habitato, puniatur pœna capitis, ita quòd moriatur, & confiſcationis bonorum. §. ſi verò id factum fuerit in domo, vel loco inhabitato, puniatur in quadruplum damni, de quo ſtetur iuramento damnum paſſi, præuia tamen Iudicis taxatione, & etiam alia pœna grauiori, vſque ad mortem incluſiuè arbitrio Principis, vel Senatus. §. ſi quis autem ponat incendium in aliqua re, etiam ſua, incendiumquè in alieno vagauerit, puniatur (vltra damnum, de quo ſtetur iuramento damnum paſſi, præuia taxatione vtſup.) arbitraria pœna, etiam corporali arbitrio Principis, vel Senatus, ſecundum facti qualitatem, per detentionemque procedi poſſit.

Conſt li. 4. de pœnis.

De iniuria.

Bonif. fol. 555.

Actione iniuriarum multipliciter agi poteſt reſultan. ex vno de tribus modis. ſ. vel facto, vel verbis, vel litteris. Facto fit, quando quis pulſatur, & verberatur, vel domus eius animo iniuriandi ingreditur, & generaliter qualitercunque iniuria infertur in corpus, vel in re alterius animo vulnerandi dicitur facto fieri, & non ſolùm ſi fiat in perſona tua propria, vel re tua, ſed etiam ſi fiat in perſona vxoris, vel ſponſæ tuæ, vel filii, vel nepotis tui, qui eſt in tua Poteſtate, vel ſerui tui ad tuam contumeliã; hic dicimus iniuriam fieri eodem actu plurib. perſonis, vt ſi iniuria facta ſit vxori tuę filiæ Titii, iniuria facta eſt marito

rito

rito vxori, & Titio. vnde ſi agatur iniuria ab vno, non tollitur iniuria alteri facta, idem dicendum ſi fiat iniuria deſcendentibus, iniuria etiam facta eſt aſcendẽtibus, in quorum poteſtate ſunt conſtituti, quod eſt bene aduertendum, dum fiunt remiſſiones delictorum, vt ab omnibus perſonis legitimis habeantur, & præſertim ab aſcendentibus, nam remiſſio facta a patre, pro iniuria facta filio tollit actionem, ſi pater non ſit vilis, niſi filius eſſet vulneratus, ſecundum Clarum, quia tunc etiam ab eo eſſet habenda remiſſio. Boniſ nu. 5. & 73. Beluiſ nu. 31. 36. 37. Bal. n. 37.

Verbis autem fit iniuria, vt quando fit alicui conuitium ſiue dedecus, vt ſi dicatur tu es vnus latro, vel vnus falſarius, vel quid ſimile dicatur præſenti. licet etiam fieri poſſit abſenti, puta ſi quis iuerit ad domum tuam, vel ad appothecam, vel ad tabernam te abſente, & mala verba dixit, & turpia de te animo infamandi. Boniſ. 9.

Litteris etiam fit iniuria, vt quando quis facit librum, vel carmen, vel hiſtoriam, uel litteras, vel ſcripturã porrigit non veram, vel componit, vel ſcribit vel dictat, vel q̃d ſimile facit dolo malo, ſiue ſuo nomine q̃s faciat, ſiue alieno, quod etiam multipliciter, & multifariam cõtingere poteſt, & exẽpla habes apud Boniſacium à nu. 13. vſque ad ſinẽ, qui docet pulchram doctrinã. Iniuria tamen non fit volenti, & tunc talis non poteſt agere iniuriarum exceptis in aliquib. caſibus, puta ſi fieret iniuria filio volenti, & ſimilibus in alterius poteſtate, cõſtitutis volentibus non tollitur iniuria facta patri, vel marito, vel cõmuni, vel loco, vel reipub. vel fiſco. Et quando duæ actiones pro eodem delicto naſcuntur vna quæ datur iniuriato, & alia, quæ datur fiſco, tunc vna non tollitur per alteram.

Et non ſolùm actio injuriarũ datur illi, cui facta eſt iniuria principaliter, ſed etiam aliis pro eo, vti patri pro iniuria facta filio, & etiam filiæ nuptæ, nam remanet in poteſtate patris, marito pro uxore, ſponſo pro ſponſa, domino pro ſeruo, Abbati pro monaco, & ſimilibus. Et licet unus remiſerit iniuriã, nihilominus alter uidetur agere poſſe. unde ſi mulier maritata querelauerit Titium de iniuria ſibi facta, faciendo remiſsionem de ea injuria, erit neceſſe, quòd eam faciat cum conſenſu dicti eius mariti.

ſi autem marito careret, neceſſe erit conſenſus vnius agnati; nam remittendo etiam penes acta Iudicis videtur quaſi contrahere.

Aduertendum etiam, quòd ſi plures ſimul faciant iniuriam alicui, omnes ſimul tenentur inſolidum, quia tot ſunt iniuriæ, quot ſunt facient nec vno ſoluente, alii liberantur cum ſit pœna.

Sed & pro iniuria poteſt agi ciuiliter, & criminaliter. ſi ciuiliter agitur, debet æſtimari iniuria; quæ æſtimatio poteſt habere relationem, vel ad lucrum, vel ad damnum, quia iniuriatus poterit dicere nollem eſſe lucratus cētum, & talem iniuriam pati, vel dicere vellem potius amiſiſſe centum, & talem iniuriam mihi non fuiſſe illatam. Quando criminaliter agitur, tunc pœna extraordinaria applicanda fiſco imponitur. Erit etiam aduertendum, quòd æſtimatio iniuriæ ciuiliter fit plus, & minus aliquando ratione perſonæ, vt ſi fiat magiſtratui, Iudici, Epiſcopo, vel Principi, vel patri per filium, Domino per ſeruum: quia grauius punitur, quàm ſi fieret vii perſonæ. aliquando ratione loci, vt ſi fiat in conſpectu multorum, vel prætorum, vel in palatio, vel alio ſimili loco publico, quia atrox eſt. Fit etiam atrox re ipſa. ſ. facto ipſo, vt ſi quis percutiat in ore, vel in facie, vel in oculo, quia acrius punitur, quàm ſi in loco priuato, vel in conſpectu priuati, vel in dorſo, vel ſpatulis, & procedit etiam in veſtibus, ſi lacerentur. Et ad prædictam materiam ſtatuta Mediolani ſic diſponunt videlicet.

Boni nu. 43. Boſſ n. 1. 2. 3.

num. 42. Bon.

✠ *Quicunque* alicui perſonæ iniuriam fecerit dicto, facto, vel ſcripto, puniatur arbitrio iuſdicentis, ſecundum qualitatem iniuriæ, & perſonæ iniuriantis, & iniuriatæ, ac loci, & temporis, in quibus illata eſſet iniuria, & de prædictis Poteſtas, & Iudices eius ad maleficia deputati, & quilibet alius iuſdicens in ciuitate Mediolani habeant arbitrium puniendi, & condemnandi ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii, & de prædictis ſtetur ſacramento iniuriati cum vno teſte idoneo, & fide digno. Conſtitutiones autem de iniuria verbali ſic diſponunt. ✠ *Inuolnerat* abuſus, quòd ad denunciam Conſulis, vel Antiani, aut ad ſimplicem querelam partis cum iuramento, per iuſdicentes inquiſi-

inquiſitiones formabuntur pro iniuria verbali ea propter ſancitum eſt, pro iniuria verbali non niſi ad quereliã partis procedi poſſe.

Et querela in actione iniuriarum ſic à doctoribus formatur. coram N. Iudice maleficiorum. N. Querelat, ſiue ponit, & in veſtra curia aſſerit, & in iure proponit Titius actor contra Sempronium malæ fidei Notarium eiuſdem curię reum dicens in medio, & proponens dictus actor cõtra dictum reum, quòd dictus reus malitioſè, & iniurioſè, & animo iniuriandi, & conuiciandi in præſentia plurium bonarum perſonarum in curia præſenti vobis prædicto Domino Iudice ſedente, & eius reddente, & dicente, vocauit dictum actorem falſarium, lenonem, & latronem, & non contentus de præmiſſis, ſed mala malis addendo prædictus reus irruit contra dictum actorem cum ſuo gladio, ſeu pugnali euaginato, & dictum actorem in maxilla eius dextra percuſſit, & attrociter vulnerauit, & ipſum interfeciſſet, niſi per circunſtantes prohibitus fuiſſet, & ſuum poſſe fecit occidendi eundem. Quas iniurias tam verbales, quàm reales illicò ipſis dictis, & factis dictus actor ad ſuum animum reuocauit, & adhuc reuocat, & nollet ipſas ſibi fuiſſe dictas, & factas per dictum reum in loco prædicto, & in præſentia tot bonarum perſonarum pro centum, imò plus vellet de ſuo patrimonio amiſiſſe, & eas tantùm æſtimat, ſalua iudiciali taxatione. vnde cum dictus reus dictam emendam, & ſatisfactionem eidem actori facere omiſerit, & omittat, & indebitè recuſet. Petit, & requirit dictus actor prædictum actorem ad dandum, & ſoluendum dictas libras centum pro ſatisfactione, & emenda dictarum iniuriarum, vel in id, quod iudiciali taxatione declarandum, & iudicandum, ſeu æſtimandum duxeritis, finaliter condemnari, & condemnandum compelli per vos antedictum D. Iudicem in omnibus iuſtitia mediante. Et prædicta petit etiam vna cum expenſis in, & pro hac lite factis, & ſuperfaciendis ſolemniter proteſtatur, & in aliis, in quibus decet vt oportet, veſtrum officium implorando non aſtringens ſe ad ea dumtaxat probanda, de præmiſſis niſi ad ea, quæ probanda præſumpta, vel confeſſata ſibi ſufficienter videbuntur ad ſuum propo- Belviſio.

Digitized by Google

ſtum conſequendum, cui petitioni petit per partem aduerſam reſponderi.

Aduertendum erit, quòd illa verba animo calumniãdi, vel iniuriandi poſſent omitti in libello, quãdo tale factum vel dictum eſſet de ſui natura criminoſum, vitioſum, & iniurioſum, attenta qualitate facti, & conditione iniuriantis, & iniuriati, ex quo præſumitur iniuria, vt quia extraneus carens omni iuriſdictione, vel poteſtate legis percuſſit, vel iniuriauit aliquem. nam in hoc caſu ex qualitate facti præſumitur contra iniuriantem, aut aliter eſt tale factum, vel dictum, quod de ſui natura eſſet criminoſum, & non criminoſum, attẽta qualitate facti, & conditione perſonarum iniuriantium, & iniuratarum, puta quando magiſter, dominus, pater, mater, vel maritus, vel amicus, vel ſocius leuiter, & moderate obiurgauit, vel percuſſit gratia correctionis, vel ob ludum iniuriauit, quia tunc non præſumitur iniuria dicta, vel facta, quia ratio ſanguinis, vel officii tollit præſumptionem inferendæ iniuriæ, nam parentes, mariti, & magiſtri poſſunt caſtigare licitè cum diſcretione tamen deſcendẽtes, vxores, & diſcipulos, & ideò eo caſu actor tenetur de neceſsitate ponere in libello, & probare, quòd animo iniuriandi hoc fecerit, vel dixerit, quia vna præſumptio tollit aliam, vt maior, fauorabilior, ſeu minor minorem, odioſam, ſeu grauiorem.

Beluiſ. n. 10. 12. 13. 14. Et ad hoc vt iſta actio competat, ſeu valeat intentari, multa requiruntur ſecundum aliquos Doctores, primo quòd pręſenti non trãſiuerit annus continuus à die illatæ iniuriæ, & abſenti à die ſcientiæ illatæ iniuriæ. Itẽ quòd perſona iniurians, & iniuriata ſint maiores infante, & diſtincta, nam contra infantes, furioſos, & dormientes cum non habeant animum, non poſſunt facere iniuriam, idem de ebrio, niſi deuenerit ad actum. Item quòd iniurians nõ habuerit iuſtam cauſam iniuriandi, nam ſi iniuriatus fuiſſet in cauſa, vt iniuriæ ſibi fierent, non competeret, quia aliquando delicta mutua compenſatione tolluntur, ſi verſantur circa idem, & non diuerſa; ſi criminaliter agitur: ſi verò ciuiliter, ſemper compenſatur dolus cum dolo, & culpa, cum culpa dolus verò tunc non compenſatur, cum culpa æquiperatur dolo, ſi autem dolus pręponderat culpa,

pa,tunc non compenſatur. Item quòd iniuria facta, vel dicta ſit ſufficiens,& legitima,nam ſi eſſet modica , vel leuis, non daretur hæc actio . Item quòd iniuria fiat nolenti . nam iniuria fit faciendo bonum, ſi fiat inuito, nam volenti non fit iniuria,neque dolus. Iudex tamen ex officio poterit procedere,& punire, ſi fiſci, vel reipub. interſit. Item quòd tale comitium non ſit in illa perſona iniuriata culpa ſua, vt quia ſit fur, vel lœno, meretrix,vel ebrioſus,nam qui per ſuam culpam turpis efficitur vituperandus,malitiam enim,& virtutem in noſtra poteſtate habemus, quæ verò inſunt a natura vtpote cecitas non ſunt laudãda , neque vituperanda,vel quę ex correctione, vel diuina ordinatione eueniunt. & in hoc omnes homines in aliquo notantur iuxta ſapientis dictum.

Si vitam inſpicias hominum, ſi denique mores.
Cum culpent alios,nemo ſine crimine viuit.

Item quòd iniurians, & iniuriatus non ſint perſonæ viles,& infames, nam vilis,& infamis infamari non poſſunt. Item quòd non fuerit intentata actio criminalis contra iniuriantem, cum iniuriatus vult ciuiliter agere. Itẽ quòd iniuriatus non diſſimulauerit dictas iniurias,vel per pactũ, tranſactionem,vel iuramentum non remiſerit. Item quòd fiat,vel dicatur per perſonam priuatam,& perſonæ liberæ ſecus, ſi per perſonam publicam, vel iudicem ſeruientem, quia tunc non haberet locum , niſi animo iniuriandi exercendo,vel excedendo ſuum officium hoc feciſſe probaretur, vel ſeruo, niſi iniuria eſſet atrox, vel fieret in vituperiũ domini,& tunc debet dominus agere libellando ad ſui iniuriam iniuriatum fuiſſe eius ſeruum. Item quòd non fuerit reconciliatus cum iniuriante, puta ſecum bibendo, comedendo,ridendo,ſollaciando,ſalutando ſcienter,ſecus ſi errore,vel lapſu linguæ,vel contemplatione alterius comitis illius,& non ex propoſito . idque in verbali iniuria tantùm,ſecus in reali,quia hæc non ita, ſicut verbalis, de facili tollitur. Item ſecus ſi ad animum ſuum reuocauerit expreſsè, puta quando querelam porrexit, nam tunc per tales actus extrinſecos vrbanitatis,nec realis,nec verbalis tollitur,nec remittitur . Et plura alia tangit Beluiſius,ad quem,& ad alios ſcribentes poteris recurrere .

Digitized by Google

De lib. famo.

PRoxima huic ſuccedit actio de libel. famo. qua tenetur ſcribens, dictans, addens titulum, minuens corrigens, vel cantans titulum, ſeu cantilenam famoſam, vel contrarium, vel aliam quamcunq; ſcripturam illicitam, & de iure reprobatam faciens & ea vtens. Item qui fecerit, vel dictauerit aliquam accuſationem, vel litteram, vel libellum ad infamiam alicuius, dicendo quòd talis commiſit tale delictum, vel tale quid fecit, per quod ſi verum eſſet, iſte deberet digne mori, ſi verum non erat, & hoc ſiue ſuo, ſiue alieno nomine fecerit, & ſiue ſuum nomen, ſiue alienum poſuerit in tali libello, vel ſi fecit, & non conſtat ad cuius iniuriam factum ſit, vel neſciat ad cuius iniuriam factam. ſi autem quis infamet aliquem, de eo quòd ipſe deliquit non tenetur iniuriarum. Item puniri criminaliter, qui famoſum libellũ falsò fecerit ad alicuius infamiã, eſto quòd non peruenerit ad bonos, & graues viros, vel qui inuentum libellum non celauit, ſed manifeſtauit ad infamiam alterius. quod habet locum in capitalibus caſibus, ſiue iudicijs. In aliis autem puniatur eadem pœna, qua puniendus eſſet ipſe infamatus, ſi probatum eſſet cõtra eũ. Et contra incertos authores, ſiue ſcriptores, & dictatores, libellorum famoſorum ad alicuius infamiam quos paſquinos appellamus ſeuerius lex procedit, quàm cõtra eos, qui eorum nomina notificauit. ſed (proh dolor) ubi lex ad vnũ tendit, in alium effectum diſtrahitur, & tollitur facultas manifeſtandi delicta, uel propulſandæ iniuriæ ſibi illatæ. vnde ſi quis, uel in iudicio, uel coram Principe conqueſtus fuerit obiectus aliquibus notis maculantibus, uel nomen, uel famam, uel dignitatem, ſiue exiſtimationem alicuius ſtatim ille difert illum, quod compoſuerit libellum famoſum, & ille detruditur in carceres, quod eſt contra mentis legis: debet .n. dari dilatio ad probandam expoſita crimina, priuſquam fiat reus, quod ſi non fecerit, tunc poterit puniri de calumnia, quia licitum eſt cuiq; accuſare, & ſi probauerit, præmio dignus eſt ſecundum doctores.

Boniſ. n. 6. fol. 175.

De

De arboribus furtim cæſis.

SI quis clam,& furtiuè incidit arborem alicuius, & hoc modo dederit damnum, tenetur læſo ad duplum damni dati, & duplicatur intereſſe deductis lignis v. g. arbor antequàm eſſet inciſa valebat communiter xv. nunc ligna inciſa valent quinque, deductis iſtis quinque æſtimabun. iſta ligna, ſcilicet in verum tamen licet damnum ſit dupli ſolum ſimplum eſt pœna, & ſic fiet æſtimatio in xxx. deductis lignis arborum, quia in iſto caſu conuenit aquil. pro damno. Et ſi ligna arboris contractantur, tenebitur actione furti, & non tantùm qui arborem cædit, ſed & ſi ſtipites oliuarum, qui radices egerint, ſiue non, ſi autem arbores eſſent teneræ, ſicuti herba, non continentur in numero arborum. Et dicuntur arbores cæſæ furtim, quæ ignorante Domino fuerunt cæſæ, ſecus non. & cædere eſt non ſolum in totum incidere, ſed ferire cauſa cædendi cingere, & exglobare, & excoriare, qui autem ſeccat cum ſerra, vel reſega, non tenetur hac actione. ſed l. aquil. ad damnum, & appellatione arborum veniunt etiam vites, & arbor dicitur, quæ ſupra terram habet vnam iunctam, ſed ſi plures ſtipites ſunt cæſæ ſupra terram, tunc plures arbores eſſe dicuntur, licet vnam ſolam radicem habeant. Et ſi plures inciderant vnam arborem, cum ſingulis agi poteſt ad damnum, nec vno ſoluente cęteri liberantur. Si verò fuerit plurium arbor vnam ſolam pœnam petere poſſunt omnes non quilibet de parte, qui alia plura cupit ſcire, recurrat ad DD. Bonif & Boſſ. qui in hac materia multa notant. Pro hoc crimine poteſt agi ciuiliter ad damnum, & criminaliter ad pœnam, & tunc qui furtiuè incidit arbores, & maximè vites, tamquàm latro puniri debet. & querelæ poſſent dari coram Iudice damnorum datorum. *Bonif.*

De crimine bonorum raptorum.

TEnetur ille, qui dolo malo per vim rem mobilem alicuius receperit, & ſi ciuiliter agitur, intra annũ agen- *Bonif.*

ctum eſt, & tenetur in quadruplum re ipſa, in ipſo quadruplo computata, poſt annum niſi ad ſimplum. tenetur etiam furti, quia nullus eſt magis improbior fur, quàm qui vi rapit. ſed ſi actum fuerit furti, non poterit agi vi bonorum raptorum, niſi in eo, quòd excedit, nec contra. ſed pro re immobili occupata non datur niſi in ipſa re: ſecus ſi eſſet res mobilis, & ſiet æſtimatio pretij tempore rapinæ, quanti tunc valet. Item tenetur, & ille, qui hominibus, vel amicis conuocatus. ſ. vno, vel pluribus dedit dãnum, vel rapuit. & omnia damna veniunt in iſto delicto reſtituenda dummodo fiat rapina dolo malo, vnde ſi quis rem ſuam rapuit, non tenetur vi bonorum raptorum, ſed cadit à iure ſuo. Item tenetur, & ille, cuius ope, & conſilio doloſè factum eſt, & ille, qui homines collegit ad hoc faciendum. Item & ille, qui concitauerit homines ad faciendum, & non ſolùm datur hæc actio Domino rerum raptarum, ſed etiam illi, cuius intereſt, quia ſufficit, quòd res mobilis rapta fuerit de bonis ſuis, licet nõ fuerit in bonis, puta quia commodata, vel depoſita. Aliud eſt enim rem in bonis eſſe, aliud ex bonis: In bonis dicitur res illa eſſe cuius rei nomine, uel actionem, vel exceptioné habemus, ex bonis dicitur res, cuius rei nomine, nec actionem, neque exceptionem habemus, ſed tantùm quia tenemur. vt quia depoſita, vel commodata. vnde licet raptor reſtituat rem vi raptam, tamen pœnam non euitat, & ſi datur damnum cum turba. ſ. decem, vel quindecim hominibus, locum habet prædicta pœna, vel datur actio intra annum in duplum ſolum, & poſtea in ſimplum. Et mobilia, ſiue res mobiles dicuntur propriè rapi. Immobilia inuadi. Agitur etiam criminaliter pro iſta tali rapina, vt ſi quidem facta ſit cum armis l. Iul. de vi pub. ſi verò ſine armis. tunc l. Iul. de vi priu. Impubes tamen non doli capax non tenetur, niſi ſeruus eius, vel familia fecerit, nam tunc tenetur. Item datur iſta actio hęredi contra raptorem, ſed non contra hæredem, niſi factus fuerit locupletior. in prædictis declarationibus præcipuè ſequuti ſumus D. Bonifacium de Vital. qui latiſſime de his tractat, ad quem poteris recurrere.

Rofre. de libel p. 1. l. 6. hæc actione fo. 70.

Digitized by Google

Cap. V.

COnſtito autem de delicto, & delinquente, aperta eſt via Iudici procedendi contra reum realiter, vel perſonaliter. l. per inquiſitionem ſpecialem, vel per capturam ſecundum caſuum qualitatem, & delictorum. nam in omnibus illis delictis, ſiue caſibus, in quibus poteſt imponi, vel ingeri pœna capitalis, vel corporalis, vel corporis afflictiua, & in quibus poteſt procedi ex officio. Itẽ pœna eſt arbitraria Senatui, vel Principi, aut pœna pecuniaria fiſco applicanda, vel alternatiua, tunc poteſt procedi per capturam, & ſimul etiam per inquiſitionem: in aliis verò frequentius per inquiſitionem prçſertim in læuibus, niſi qualitas, vel iniuriantis, vel iniuriati, vel loci aliter exigeret, vel niſi ſubeſſet periculum deludendi iuſtitiam, quia condemnatus pecunialiter, non eſſet ſoluendo, quia a principio poterit capi, ſed ſtatim exinde relaxari oblata & data fideiuſſione de ſtando, & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, ſecus iudex poſſet querelari in ſyndicatu actione iniuriarum, & quòd litem ſuam feciſſet, nam conſtitutiones ſic diſponunt; *Rei carceribus* mancipari non poſſint pro aliqua imputatione, niſi ex ea ingeratur pœna corporis afflictiua. §. parimodo non ſiant deſcriptiones bonorum, niſi pro delictis, pro quibus veniant confiſcãda bona. ſtatuta autem ſub rubrica quòd nullus ſatiſdans idoneè detineatur ſic Nullus occaſione alicuius maleficij, ex quo non ingeratur pœna ſanguinis, detineatur, ſi paratus fuerit præſtare idoneam ſatiſdationem: & intelligatur ſatiſdatio eſſe idonea, ſi fiat de tanta quantitate, ſeu extimatione rei, de qua, ſeu de quanta poſſet condẽnari, ſi probatum eſſet maleficium.

Ex Boſſ. & C. q. 5.

Plo. in rubr. verb. decretum

lib. 4. de accu. c. Rei.

Vnde Iudex, & etiam cauſidicus ad occurrendum indemnitati æius clientuli, in primis nouerint diſtinctionem pœnarum delictis inflictarum, & infligendarum, primo ex No. Conſtitutionibus, vel ſtatutis ſecundo ex edictis Magiſtratuum ſuperiorum, tertio ex iure communi. nam delictorũ alia sũt capitalia, vti læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, homicidi, offenſç in principẽ, vel conatus, raptus

mulierum

mulierum honeſtarum, receptationis bannitorum de pœna capitali, falſi circa ſcripturas, ſigillum, inſtrumenta, & litteras Principis, L. T. vel Senatus, veneficii, maleficii, aſſaſſinii, obſiſionum viarum, robariæ, furti, ſcacchi, mandati ad occidendũ, & tractatus ad occidẽdũ inſultus animo deliberato occidẽdi, receptatorũ ſciẽter latronũ famoſor. & graſſatorũ, vel homicidarũ, plagarii. abortus fœtus animati ꝓcurati, copulę carnalis inter chriſtianos, & Iudęos reſpectu maſculorum, vel cum moniali profeſſa in habitu & in monaſterio, & ſodomitarum, euaginationis gladii ad præſentiam Principis, vel eius L. T. falſificationis, & diminutionis monetæ Principis, incendii voluntarii, fraudatæ annonæ, & huiuſmodi de quibus latius ſupra dixi.

Alia ſunt corporis afflictiua, ex Nou. Conſt. in ſequentibus caſibus, vid.

Si portitores, nautæ, cuſtodes pontium, & molinarii transferant aliquem conducentem riſium, bladam, farinam, vel legumina, ſine licentia, nam pœna eſt ictuum trium funis, & maiori arbitrio Principis, vel Senatus.

Idem ſi quis conduxerit blada ad aliquem locum prope confinia per quatuor miliaria, ſine licentia Magiſtratus.

Cuſtodes portarum ciuitatum, ſi vltra ſecundam vicem ab ingredientibus acceperint vinum, ligna, fœnum, paleã, fructus aut quid ſimile puniri debent ictibus duobus ecculei.

Exequutores, & famuli Iuſdicentes exercentes officium contra ordines incurrunt pœnam fuſtigationis, & aliquando trium ictuum funis arbitrio Iuſdicentis.

Parentes filiam proſtituentes virgis cæduntur, & etiam grauiori arbitrio Principis, vel Senatus.

Laycus ſine licentia Epiſcopi, vel ſuperioris ingrediẽs Monaſterium monialium de die, vel de nocte vltra primã vicem, punitur pro qualibet vice in ducentum aureis, & tribus ictibus ecculei, idem ſi tenuerit monialem in domo ſine licentia.

Qui enudauerit enſem vbi Princeps habitat, ſi delictum non fuerit conſumatum, vel ſi in curia, vbi Senatus reſidet, percuſſio facta fuerit cum ſanguine, vel ſine ſanguine, puniri debeat in amputatione manus modo dexteræ, modo

ſiniſtræ.

Digitized by Google

ſiniſtræ. ſi verò in locis præmiſsis ſine armis, pugno, vel manu aliquem percuſſerit, ſiue ſanguis exiuerit, ſiue non, pœna trium ictuum funis, modo duorum, & alia grauiori, ſi autem baculo, fuſte, vel lapide, ſiue percuſſerit, ſiue non, duplicatur pœna. qui fecerit, vel fieri mandauerit cartam falſam à quantitate, re, vel iure valente, ideſt, non excedente ſummam aureorum viginti, pro ſecunda vice pœna eſt amiſsionis manus, &c. Falſum teſtimonium dicens in cauſa criminali, vbi agitur de pœna pecuniaria, ſiue in cauſa ciuili punitur abſciſione linguæ, &c. Qui permiſerit in eius domo publicè ludere à Zarro, vel alio ludo prohibito plectendus eſt cum ludentibus, pœna ictuum trium ecculei. Qui auſus fuerit deturpare ſacras imagines, pro prima vice manu dextera, vel ſiniſtra priuandus eſt, &c. Condemnati pecunialiter ex cauſa blaſphemiæ, non ſoluentes intra ſtatutum tempus virgis cedi debent, vel ictibus tribus ecculei, in ſecunda verò vice, pœna linguæ, & ſic de aliis huiuſmodi. Officiales, & cuſtodes carceris extorquentes a carceratis aliquid, incurrunt pœnam trium ictuum funis. Idem ſi cognouerint aliquam mulierem carceratam etiam volentem, incurrunt pœnam ictuum trium funis, & grauiori arbitrio Principis, vel Senatus. Vtentibus ſale forenſi ſine licentia pœna eſt corporalis arbitrio Principis, vel Senatus. Fraudantes vectigal panis albi, vel macinæ, vltra pœnas pecuniarias, incidunt in pœnam quatuor ictuum ecculei. Qui ſe fecerit officialem publicanorum, & non habuerit bulletam, puniri debet tribus actibus ecculei, & maioris arbitrio Magiſtratus. Qui publicè lenoniam artem exercent, plectendi ſunt ictibus tribus ecculei, vel ad triremes, vel maiori arbitrio Principis, uel Senatus. Meretriceſque non deferentes colletum ex bombice, &c. fuſtigari debent, & poni ad catenam per vnam diem. Qui vuult videre in iure alios caſus, in quibus imponitur pœna corporalis conſulat D. Clarum queſt. lxix.

Alia ſunt, quæ habent pœnam alternatiuam ex forma Nou. Conſtitutionum, puta ſi iuſdicentes, & officiales committant barattariam, incurrunt pœnam quadrupli, vel alia pœna corporali, vſque ad mortem arbitrio Principis,

cipis, vel Senatus. Item ſi famuli iuſdicentis non obſeruant ordines, puniri debent pœna aureorũ decem, vel alia grauiori etiam corporali.

Qui ſcienter receptauerint poſt delictum commiſſum homicidam, vel alium delinquentem, pro quo veniat imponenda pœna mortis naturalis puniendi ſunt centum aureis, vel ictibus tribus funis publicè, & grauiori arbitrio Principis, vel Senatus, impedientes executiones conceſſas, ſiue pro cauſa criminali, ſiue ciuili, incurrunt pœnã 200. aureorum, vel trium ictuum funis.

Qui tranſierit per muros, & non per portas conſuetas ciuitatis, ſiue de die, ſiue de nocte, plecti debet pœna aureorum ducentum, vel tribus ictibus funis, arbitrio Principis, vel Senatus. Qui non prouocatus iniurians intulerit doctori, vel cauſidico collegiatis ex cauſa patrocinii pęnam incurrit pecuniariam, vel trium ictuum funis. Idẽ qui auſus fuerit temptare, vel corrumpere officiales, vel iuſdicentes. Item ludentes fallacibus ludis, & qui barri appellantur, incidunt pœnam corporalem, vel pecuniariam arbitrio Principis, vel Senatus committentes robariam rei, non excedẽtis medium aureum, vel quinque aureos puniri debent pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria. Qui faciunt ligas, vniones, &c. plectendi ſunt pœna pecuniaria, vel corporali, vſque ad mortem arbitrio Principis, vel Senatus. contrahens matrimonium cum duabus mulieribus puniendi ſunt in 500. aureis, vel ictibus tribus eeculei, & alia grauiori pœna arbitrio Principis, vel Senatus.

Hic incidit occaſio tractandi de materia alternatiua, in qua breuiter dico, quòd in pœnalibus electio eſt debitoris non autem fiſci, licet à nonnullis annis citra fiſcus eligat pecuniariam inuito debitore contra tamen ius, vnde iſti condemnati alternatiuè, vbi non ſint ſoluendo, coguntur fidem facere de eorum paupertate adeundo Senatum, à quo petunt per ſupplicationem mãdari iudici, vel quæſto. extraordinariis, vt attenta eorũ paupertate afficiant pœna corporali, mox dimittãt, & Senatus iubet aſſumi informationes, quę ſi in ciuitate ſunt aſſumendæ, vel aſſumuntur per unũ ex egregijs Secretarijs Senat. fiſco præſente, vel te-

Clar. c. 85. ſolet etiã.

remittuntur queſto. extraord. aſſumendæ, ſi extra ciuitatem, iudicibus, in quorum fortiis ſunt condemnati: & exinde viſis ipſis informationibus ſtatuit quid ſit agendum, qua in re Senatus Excellentiſs. deberet in hoc prouidere, vt diſpoſitio iuris ſuum ſortiri deberet effectum. Quando verò quis eſt condemnatus pecuniàliter, & non alternatiuè, tunc nec Senatus, nec Princeps, L.T. nec Ill. Queſt. poſſunt tollere ipſam condemnationem, niſi ex cã vtimur & tunc alia via, quia petimus dictam condemnationem componi attenta paupertate, & tunc Ill. Magiſtratus extrard. coram quo fit hæc petitio, aſſumi facit informationes, & deinde à lib. centum ſupra conſulit Ill. L. T. abinde infra, & etiam pro abuſu armorum ipſe ſolet componere modo in medietate, modo tertia parte, & aliquando in quartà parte, vltra non conſueuit frequentius: quod arbitrium componendi procedit etiam in illis cemponationibus pecuniariis, quæ fiunt per Senatum, vbi condemnati allegent paupertatem. *Conſt.*

Alia ſunt delicta, quæ non habent certam pœnam expreſſam, ſed arbitrariam tùm Iudici, tùm Principi, tùm Senatui, vt in caſu, quo quis calũnioſè in ſupplicatione, vel cauſa ſe habuerit, quia debet plecti expenſis in lite factis, ſed etiam pœna pecuniaria, & alia grauiori arbitrio Senatus imponenda. Quãdo queſtores non curarũt exigi idoneos fideiuſſores à licitatoribus & debitas exactiones fieri non fecerunt, vltra intereſſe fiſci, puniuntur arbitrio Principis Officiales tenentur ſcribere cauſas Queſto. extraord. cur in termino ſexaginta dierum proceſſus non expedierint, ſecus incurrunt pœnam arbitrio Senatus. Item ſi Vicarij, & ſyndicatores componunt querelantes cum iuſdicentibus, & officialibus. *lib. 1. de reſc.* *lib 1. de queſ.*

Iuſdicentes, & officiales diſcedentes à loco officii ante tempus, & ſine licentia incurrunt pœnam arbitrio Senatus. Item quando Referendarii ciuitatum, qui minus fideliter è negotio Principis ſe habuerint vltra damnum fiſci, puniuntur arbitrio Principis: Rationatores Reg. Cam. non obſeruantes preſciptos ordines, pœna arbitrio Illuſt. Magiſtratus. ſi Fiſcales Reg. ſe ingeſſerint de aliis cauſis, quàm ad fiſcum ſpectan. & pro fiſco, ſiue agendo, ſiue

Digitized by Google

ſiue defendendo, pœnam incurrunt arbitrio Principis, vel Senatus. Item Iudices falſum iurantes in prorogationibus arbitrio Senatus ſunt puniendi, officiales procedentes per præcepta pœnalia contra imputatos de maleficio inconſulto Senatu, incurrunt pœnam arbitrio Principis, vel Senatus. mulier chriſtiana commiſcens ſe Iudæo, patitur pœnam arbitrariam, & è contra hæbrea. Faciens robariam à valore medii aurei infra, extra ciuitatem, &c. pœna eſt arbitrio Iudicis in auere, vel in perſona. Ciues, & incolæ ciuitatum, & locorum dominii Mediolani faciẽtes ſe creari ciues aliarum ciuitatum forenſium ſine licentia Senatus, incurrunt pœnam arbitrio Principis. Item ſi ſtipendiatus à Principe ſe abdixerit ab eius ſeruitiis, ſine eius, vel Senatus licentia, punitur pœna arbitraria Principis, vel Senatus. Decuriones ſi eligant regentes per factionẽ, pœna arbitraria Principis, vel Senatus puniri debent.

Alia ſunt, quæ imponunt pœnam priuationis officii, & grauiorem arbitrio Principis, vel Senatus ex forma Nou. *Lib. 1.* Conſtitutionum puta ſi Referendarii participant cum licitatoribus. ſi executores cameræ ſe intromittant de aliis *Lib. 1.* cauſis ad eos non ſpectantibus. Monetarii laborantes ſine licentia extra dominium. Fiſcales propellantes indicia contra reos, & alia quæ ſecreto teneri debent, &c. Iudices cauſas miſerabilium, & eorum conſultores quanto citius non expedientes, & ſic de ſingulis.

Quædam alia ſunt, quæ habent pœnam pecuniarum tantùm, aliquando etiam corporalem ſimul, interdum pecuniariam, & grauiorem arbitrio Principis, vel Senatus, de quibus in textu No. Conſtitutionum habes, quæ hic referre ſuperuacaneum duximus.

Qualiter iudex procedere, & patronus occurrere debeant.

QVa diſtinctione pœnarum præſcita tam iudex, quã cauſidicus ſcient qualiter poſsint ille procedere, hic verò præoccurrere indemnitati eius clientuli. nam cauſidicus ſi viderit agi de illis caſibus, in quibus iudex poteſt

poteſt per capturam eſto, quòd iam formaſſet inquiſitionem, nam, & formata inquiſitione, & pendente termino ad reſpondendum reus poterit capi ſecundum aliquos doctores. tunc ad euitandum iſtam capturam poterit comparere, & petere tolli capturam, ſi quæ conceſſa eſſet cõtra eius principalem, & offeret fideiuſſorem de eum conſignando toties quoties, & hoc facilè obtinebit, quia iudices hanc fideiuſſionem ſolent acceptare ad certum tempus & mihi placeret, vt adderent, & interim ſuperſedeatur ab executione perſonali: ſed etiam in tollendo capturã hanc, debent iudices bene adimaduertere, ne fiat impoſtura iuſtitiæ. ſ. ne detur anſa reo terga dandi clipeo fideiuſsionis ſc. 25. vel 50. in illis delictis atrocibus. nam certum eſt, quòd pendente termino ad illum conſigandum, non poteſt capi de iure, quia nemo ſub fide publica decipi, & captura aggrauat delictum, è contra ſpontanea conſtitutio tollit præſumptionem iuris contra reum exortam ex fama & ſic poterit formare petitionem. Boſſ.

Comparitio, qua petitur tolli captura.

COmparet A. tamquàm amicus beniuolus, & defenſor B. dicens ad eius aures taliter, qualiter deueniſſe per dictum D. Iudicem decretam fuiſſe capturam contra dictum B. ob quam tamen cauſam ignorare profitetur, cum dictus B. hactenus vixerit probè, & chriſtianè, nec ſolitus ſit delinquere, prout ſuis loco, & tempore demonſtrabit. Quòd vt interim rebus ſuis conſulere, & vacare poſsit quietiori animo, & aduocatos, & caußdicos conſulere: petit tolli dictam capturam, ſi quæ conceſſa eſt, offerens fideiubere de illum conſignando in fortiis præfati Mag. Iudicis, toties, quoties, quod cum iuri conſonum ſit, concedi omninò ſperat, aliter &c.

Vide D. meũ Zaua in ſuo eloquẽtiſ. dialogo n. 118 & Cl. q. 31. in fin.

Qui pręfatus Mag. D. Iudex auditis prædictis dictam capturam ſuſpendit, & in ſuſpenſo ſtare mandat per dies tot, proximè futuros, data tamen prius fideiuſſione pro ſumma ſcutor. tot Reg. Duc. camerę appl. de illum conſtituẽdo in fortiis ipſius Mag. Iudicis intra dictos dies abſque alia monitione, mandans familiæ ne interim dictum B. capiat.

De

Digitized by Google

De captura.

Iod. o. 15. nu. 14 & ſeq. vide ſpec. de accu. & Alo.

CОnceſſa igitur licentia barreriis capiendi aliquem reum, contingit aliquando, quòd reus reſiſtit dictæ familiæ, ne capiatur, aliquando captus ab ea ſe eximit, aliquando alii eum eximunt, & aliquando fugit è carceribus. uideamus itaq; de ſingulis. Et primò familia non poteſt * capere aliquem, niſi reperiat in fragranti crimine, puta ſi inuenerit aliquem euntem de nocte ſine lumine poſt ſonum campanæ cum armis, vel cum armis prohibitis, vel inuenerit furem in actu furandi. Item falſarium monetæ, deſortorem militiæ, lationem publicam, agrorum depopulatorē, & virginũ raptorē. Item hominē meum fugientem, & ſic de aliis, niſi cum licentia iudicis, alioquin nedum poſſet ei licitè reſiſti, ſed poſſet contra eam procedi de carcere priuato .i. actione iniuriarum, & in hoc familia habetur, tamquàm priuata perſona, licet conſignatio in publicis carceribus, excuſaret à pœna ordinaria. ſtatutum erenim ſub rubrica de pœna tenentis, ſeu exercentis priuatum carcerem ſic diſponunt, *Tenens*, ✠ ſeu exercens per ſe, vel alium, priuatum carcerem, capite puniatur, ita quòd moriatur, & intelligatur tenere, ſeu exercere per ſe, vel alium, priuatum carcerem, qui non ad executiorem præcepti alicuius iuſdicentis, ſeu aliàs non iuridicè tenuerit, ſeu exercuerit, ſeu exerceri, ſeu teneri fecerit aliquem contra eius voluntatem incluſum, ſeu ligatum, ſeu captum in aliqua parte per dies duos continuos, & non aliter. (de iure autem communi committitur carcer priuatus, ſi retineatur per viginti horas continuas, & hoc quando captura fuit licita: ſi verò illicita, ſtatim committitur ſecundum doctores) & ſub rubrica de pœna tenentis aliquem incluſum, & qui non fecerit eum redimere. *Si quis* tenuerit, ſeu teneri fecerit aliquem incluſum, ſeu ligatum, ſeu captum minori ſpatio duorum dierum, & non fecerit eum redimere in aliquo, puniatur in libris centum tertiolorum, & minus arbitrio Poteſtatis, conſiderata conditione perſonæ, & qualitate delicti. Et ſub rubrica de pæna tenentis aliquem ligatum, vel captũ,

Boſſ. nu. 26. de car.

Digitized by Google

ſi fecerit eum redimere. *Si quis* tenuerit, ſeu teneri fecerit aliquem incluſum, ſeu ligatum, ſeu captum minori ſpatio duorum dierum continuorum, & fecerit eum redimere in aliqua quantitate excedente ſummam librarum centum tertiolorum, ſeu in aliqua re, ſeu facto, ſeu iure excedente dictam quantitatem librarum centum tertiolorum capite puniatur, ita quòd moriatur. ſi verò fecerit eum redimere in quantitate, re, facto, ſeu iure non excedente quantitatem libr. centum tertiolorum, puniatur in auere tantùm, arbitrio Poteſtatis, inſpectis qualitate perſonæ, & qualitate delicti, & nihilominus talis redemdtio, & quicquid ſequutum fuerit ex ea, vel ob eam nullius ſit valoris & momenti. Et ſub rubrica de pœna illius, qui per metum fecerit aliquem redimere, & non tenuerit eum captum.

Si quis per vim, vel metum fecerit aliquem redimere, in aliqua re, quantitate, facto, ſeu iure, non tamen tenuerit, nec teneri fecerit eum incluſum, nec ligatum, nec captum, puniatur in extimatione eius, de quo fecerit ipſum redimere, & vltra in quadruplum, cuius quadrupli medietas applicetur redempto, & alia communi Mediolani, & nihilominus talis redemptio, & quicquid ſequutum fuerit ex ea, vel ob eam nullius ſit valoris, & momenti ipſo iure, & ſub rubrica.

De pœna trabutantis aliquem.

SI *quis* aliquē trabutauerit, puniatur in auere, arbitrio Poteſtatis, conſiderata conditione perſonæ, & qualitate delicti. quòd ſtatutum locum non habeat in illis caſibus trabutationis, in quibus aliàs eſſet diſpoſitum à iure noſtro municipali.

Aduertendum erit, quòd ſi dominus domus, vel inquillinus caperet furem in eius domo, vel malefactorem, vti bannitum, vel homicidam poſt commiſſum delictum, & teneret in eius domo per noctem, vel diem, non incidere, & in car. priuati crimen, neque ſi ob diſtantiam loci, iudici non poſſet exhibere eum intra illud biduum, ſed tunc debet notificare Conſuli illius terræ, vbi detinuerit,

Digitized by Google

& quamprimum notificare iudici ſuo. vt mittat familiã captum illum, & in ciuitate, vbi reſidet iudex, & familia, multi domini ſolent capere eorum domicillos ſuſpectos furtorum, vel alterius inhoneſtatis, & exinde mittunt acceptam familiam, cui illum conſignant, & ſubinde iudici exponunt cauſam retentionis, & alibi. *Quicunque* pignorationem, vel conteſtationem, ſine licentia iuſdicentis fecerit, niſi in caſibus permiſſis, omne damnum, quod paſſus fuerit, qui pignorationem, vel conteſtationem ſuſtinuerit, ea reſtituere teneatur is, qui pignorationem, vel conteſtationem fecerit, & inſuper expenſas quas proinde fecerit, reſtituat damnum paſſo arb. iuſdicentis, abſque iuramento priuſquam ius ſuum, & conſequatur, & inſuper communi Mediolani componat libr. 25. tertiolorum, & quilibet poſſit accuſare, & medietas ſit communis Mediolani, & alia accuſatoris. Itaque ſi captus à familia, vel in actu violentiam, & reſiſtentiam fecit familiæ re ipſa, non aurẽ verbis tantùm, tunc magis aggrauat ſeipſum, ita quòd in eo actu violentiæ, & reſiſtentiæ, ſi offenderetur, vel occideretur à familia (quòd aliqui dicunt procedere tantùm in falſario monetæ deſertore militiæ, latrone publico, agrorum depopulatore, & virginum raptore) impunè occiſus eſſet, nec ſuper hoc deberet recipi accuſatio, quando tamen familia non poſſet reum detinere ſine offenſione, vel vulnere. * nam ſi ſine vulnere, & offenſa cõmodè poſſet capere non debet reum offendere, & ſi offendit, tenetur. Et in hoc caſu non arbitror ſtandum eſſe relationi, neque depoſitioni familiæ referentis vulneraſſe, aut aliter offendiſſe reum, quia commodè non patiebatur ſe capi, ſed debet probare aliunde, nam tractat de ſe exonerando, & in cauſa, ſiue facto proprio non creditur cuipiam, nam non eſt credendum nuncio, niſi circa officium ſuum, puta circa citationem, & relationẽ citationis. * Et prædicta ſcias tantùm procedere in cauſa criminali tantùm, & non ciuili ſecundum Doctores. ſed an captus eximens ſe è manu familiæ, dum conducitur ad carc. habeatur pro confeſſo criminis, pro quo detinebitur, dico quòd non; nam licita eſt de iure redemptio proprii ſanguinis, grauat tamen eũ, vt ex eo poſſit torqueri, ſi præcedebat diffamatio de eo.

Alciatus Myl. f. 51 n. 21. Boſ. num. 12. Aug. ad Ang. num. 1. f. 245.

Myl. fo. 79. num. 30. & 31. Iod. c. 13. num. 1. Aug. ad Ang. nu. 245. Clarus.

Auxi-

Auxiliatores ad ipſam fugam, tenentur eadem pœna, qua rei, ſi delictum eſſet probatum contra reum, vnde habes conſtitutiones in hæc verba. *Clar. lib. 4. de pœn.*

Prohibitum eſt omnibus impedire, vel impediri facere executiones quacunque cauſa criminali, ex qua pœna corporis infligi poſſet, conceſſas per officiales quomodocunque, nec his contra quos eſſet conceſſa executio, dare auxilium, ſub ea pœna corporali, qua imputatus detinendus, puniendus erat, ſi imputatio vera eſſet. §. Quòd ſi id fieret pro cauſa ciuili, vel pecuniaria etiam criminali, eſt pœna trium ictuum ecculei, aut ducentorum aureòrum fiſco applicandorum, & hoc vltra damna, & intereſſe: Volumus tamen quòd ſi maior pœna à iure communi impoſita ſit, illa ſeruetur: procedaturq; in præmiſſis per iuſdicentes, modo in executionibus faciendis ſit ſeruata forma ex aliis conſtitutionibus tradita, ſed an qui capitur, poſſit ſe defendere à familia, dic non, ſi ſciebat eos eſſe de familia iudicis: ſecus ſi illi baurerii non habebant aliqua inſignia, quia eis non eſt credendum, vnde licita eſt defenſio. *Ang.*

At actus iſtius capturæ non poterit exerceri extra territorium concedentis capturam, & captus in alieno territorio debet ſtatim relaxari etiam ſi familia inceperit eum inſequi in ſuo territorio ſecundum Doctores, quod procedit in iudicibus inferioribus habentibus limitatam, & ordinariam iuriſdictionem, nam Magnificus Prætor Mediolani non poterit mandare exequi eius capturam contra aliquem ciuem Laudenſem, vel Nouatienſem in illis territoriis habitantem, ſine litteris ſubſidialibus, Idem dico de iudicibus feudatariorum inter ſe ſe. Hinc adinuentus fuit modus ſcribendi litteras ſubſidiales adinuicē, quas iudices tenētur exequi facere, & ſi capi facere talē malefactorē de ſua iuriſdictione: ſecus alter iudex poſſet ꝓcedere contrà illū iudicē cōtemnentē exequi tales litteras; in hoc tamen frequentius habetur recurſus ad Senatum, qui præcipit talibus iudicibus, vt exequantur tales litteras. Delegatus autem à Senatu, vel à Principe bene poterit vbique in territorio Principis capi facere malefactorem abſque litteris ſubſidialibus, vti eſt Ill. Cap. Iuſtitiæ Mediolani. *Boſſ. num. 34. tit. de capt.* *Folerius.*

Illud etiam cauendum erit iudicibus, ne capturam cō-

cedant inimicis, puta querelãtibus, capiendi ne incidant in quod fecit Pilatus, qui tradidit D. N. Ieſum Chriſtum voluntati Iudæorum, & id naturali æquitate, quia nemo debet tradi voluntati inimicorum ſuorum ſecundum aliquos Doctores * alij tamen videntur annuere, quòd iudex poſſit dare licentiam cuilibet priuato capiendi malefactorem, & quòd ille priuatus, ſi capiat, non committat delictum * & alii quærunt, quid ſi iudex daret licentiam creditori, vt capiat debitorem ſuum, & dum vult capere eum, debitor aufugit tandem creditor eum vulnerare cæpit, & duxit ad iudicem, creditor nedum tenebitur de vulnere, ſed imò captus illo modo debet relaxari in priſtinã ſuam libertatem, tamquam malè captus. *

Voler. c. notatos ca piat de p ſona num 14 Ang. ca. fama pub. num. Aug. viſ.

Sed ſi capiendus de delicto eſſet in domo, & teneret oſtium clauſum, poterit iudex, vel familia illud deijcere, & frangere impunè, quinimò poterit capere illum malefactorem in domo aliena, & ſi clauſum teneretur oſtiũ, illud vt ſupra proſternere, & ſi familia eſſet inſufficiens, poterit iudex mandare incolis, & ciuibus, vt eos adiuuent ad capiendum delinquentem, & illi tenentur obedire.

Vol. c. capiat de p ſona num 4. Iod. c. 15. num. 15 16 & 17. num. 9. Vol. Iod. viſ. num. 24.

Capto malefactore dux familiæ facit eius relationem penes acta qualiter tali die detinuit talem repertum in tali loco, & recommendauit in carceribus penes cuſtodes, & tunc cuſtos tenetur tenere ſub bona cuſtodia ne aufugiat, & ne inſtruatur ab aliquo ad reſpondendum, ſed hoc profecto incaſſum fit, nam ut ſtatim quis detruditur in carceres, etiam ſecretos, modo alii in eis adſint, ſtatim inſtruunt illum quid debeat reſpondere, ita ut videatur ſtuduiſſe reſponſioni, & aliquando tam argutè ſciunt reſpõdere, vt iudicem confundant aliquando.

Quando autem iam ſunt conſignati in carc. & effugiũt effracto carcere, nulli dubium eſt, quin ex dicta fuga habeantur pro confeſſis delictorum, pro quibus detinebantur, & proceditur contra eos de dicta fuga, & contumaces condemnantur capitaliter cum bonorum confiſcatione, ſi aliàs detinebantur pro cauſa ex qua ſequuta condemnatione, veniret confiſcatio bonorum. Vnde fuga tribus modis opponi poteſt contra fugientem, primò vt crimen, & tunc probata ipſa fuga dicitur probatum ipſum crimen,

Ex Cla. q. 21 Boſ. de capt. & car. Marſ in §. attingam, & ex Ang. & aliis, & Pl. in l. ſi qñ. nu. 883.

neque

neque aliud requiritur ad hoc, vt reus poſſit condemnari ex ipſa fuga, pone exemplum in milite, qui in bello aufugit, & ſigna deſeruit. ſecundo opponitur fuga, tamquàm indicium, quando dicitur reum commiſſo delicto aufugiſſe, & à loco delicti ſe abſentem feciſſe, & in hoc caſu, aut eſt crimen, ad cuius probationem ſufficiat ſola ſuſpicio, puta in tutore, & tunc ſola fuga facit delinquentem ſuſpectum ad hoc etiam, vt poſsit ex ea ſola conſequi condemnatio. Aut verò eſt tale crimen, ad cuius probationem ſuſpiciones non ſufficiunt, ſed probatio requiratur, & tũc fuga probat ſemiplene illud crimen, & ſic facit indicium ſufficiens contra reum in capitalibus tantùm, & ante formatam inquiſitionem, ſiue aſſumptas informationes, ſecus ſi fugiat poſt tranſmiſſam inquiſitioné, uel aſſumptas informationes per officium, quia hoc caſu non eſt ſufficiens indicium ad torturam. In non verò capitalibus, ſi cum fuga concurrat fama publica, ſemper facit indicium ad torturam ſiue ſit ante, ſiue poſt accuſationem: ſed ille, qui aufugit, poſtea citatus ſponte compareat, tum fuga præcedens nullum contra reum facit indicium, neque etiã leue. Tertio autem modo opponitur fuga delinquenti, tamquàm confeſsio, puta quia reus è carceribus aufugit, & tunc facit plenam probationem contra eum, quia habetur pro confeſſo, & conuicto de eo crimine, pro quo eſt inculpatus, & legitimè detentus, & contumax poterit puniri pœna ordinaria; ſi autem poſt talem fugam captus foret, vel ſpontè compareret, tunc non eſt puniendus pœna ordinaria, ſed grauius torquendus. ſi autem fugam faceret nulla facta violentia, puta quia inueniſſet portam * apertam in curia cuſtodis, tunc non eſt capitaliter puniendus. ſi autem tentaſſet aufugere fracto carcere, & nõ aufugerit, non ſolet Senatus eos damnare mortis, aut aliud graue decernere propter talem attentatam fugam, vel fracturam. imò ſi ſtatim reuerteretur ad carceres, non eſt tamquam fugitiuus, uel effractor carcerum puniendus. Et mirabile eſt, quòd ſi quis indebitè, vel iniuſtè, ſiue iuris ordine non ſeruato carceratus, ſi autem aufugerit cum fractura etiam carcerum, non punietur, neque habebitur pro confeſſo:

ex decret. Sen. vlt. Maij 1550 ſen datarij tenentur in ſua iuriſdictũ cuſtod. carc. habere.

* *Marſ. nu. 36. 44. & 45.*

Marſ. nu 40. Caer. fol. 150. nu. 1. & 26. & fo. 23 nu. 4. Boſſ. & Ti. Cl. q. 21. Boſſ. n. 4. & 5. 7. 8. & 9.

Quinimò ſi aliter euadere non poſſet carceres, liceret ei occidere cuſtodes carceris, nec de homicidio teneretur, & poterit licitè aufugere.

Pœna autem effractorum car. teſte Boſſ. eſt capitalis. conſpirationes autem effectu non ſequuto habentur pro confeſſis, & conuictis: idque etiam in detento ex cauſa debiti publici, vel priuati debiti; quia ſolùm conſideratur violatio loci publici, qui dicitur ſacer, non cauſa detentionis, ſi tamen fuit iuſtę detentus. i. cum legitimis indiciis, & captus non præcedente informatione relaxari debet ſine impenſa, imò etiam eo caſu poſſet à quolibet priuato impunè eximi à carcere, neque talis eximens poterit mulctari ob contemptum iudicis, & ſi captus indebitè faſſus fuerit delictum, non poterit ex illa confeſſione condemnari, imò nec ob aliud delictum poterit retineri.

Vide Plo. in l. ſi qñ. C. vnde vnde vi. nu. 593. & ſeq.

Et quia ad fugam facien. è carc. accedit plerumque auxilium, videamus qua pœna teneantur huiuſmodi auxiliatores: & quidem tenentur ea pœna, qua ipſi detenti, ſi pro delicto, pro quo erant imputati, condemnati eſſent, vt habes ex No. Conſt. in hæc verba faciens, vt quis euadat è carceribus, puniatur ea pœna, qua carçeratus puniendus erat, ſi pro delicto, pro quo erat imputatus, condemnatus eſſet. §. ſi quis autem aliquid fecerit, propter quòd ipſe è carcer. euadat, puniatur pœnis à iure communi ſtatutis. Et ſtatu. ſub rub. de pœna arb. Pot. contra impedientes capere malefac. ſic *D. Poteſtas* habeat arbitrium inquirendi, procedendi, puniendi, & condemnandi quemlibet illorum, qui daret impedimentum Poteſtati, vel eius familiæ miſsis per Poteſtatem, vel alios volentes capere ex præcepto ipſius Poteſtatis, vel captos dare aliquos malefactores, vbicunque communia burgorum, locorum, caſsinarum, & molendinorum, vel aliarum vniuerſitatum, paterentur aliquam condemnationem, vel damnum, occaſione aliquorum habitantiũ in terris ſuis, tàm nob. quàm uicini habeant regreſſum contra illos, quorum occaſione damnum paterentur.

Borgni. de ciſ. 1. nu. 28. Vide D. Zan. nu. 116. & ſeq.

Iudices in concedendis capturis debent valde eſſe circonſpecti, ne illas concedant niſi ferè coacti atrocitate delicti, vel ex mala qualitate, vel ſuſpicione fugæ incul-

pati,

pati,nam captura infamiam qualem irrogat ſecundum Doctores, ſed noſtris temporibus videmus parum curari de hac infamia, cum paſſim decretetur capiatur; & actuarii exinde dent capturas barueriis, eſſet quidem facienda diſtinctio perſonarum in iudiciis, quia & lex ipſa etiam facit, nam ſi ſit aliquis nobilis imputatus poſſet accerſiri oretenus ad iudicem, mox ſequeſtrari minori cum ſcandalo vbi contumax foret, tunc capi facere.

Vltimo quidam Doctores quærunt, an ſi Titius ſit carceratus pro debito cum cautione de non diſcendendo, aliàs fideiuſſor aufugiendo teneretur ad debitum, aufugit,& demum captus, & carceratus eſt: an fideiuſſor teneatur: & dicunt teneri ad debitum.

Fol in ſua pr.cri. cano. tit. & in car. mā cip nu. 9. refer. Saly in l in bon. fid. C. de reb. cre.

De inquiſitione.

SEcundo loco ſolet citari reus, vt compareat ad reſpondendum petitioni fiſci, quæ eſt inquiſitio ſpecialis, per quam proceditur,quando de delicto, & delinquente conſtat per indicia etiam ſingularia,ſiue agatur de his, in quibus poteſt procedi ex officio, ſiue de aliis tantum, in quibus niſi ad querelam partis poteſt procedi, uel non eſt locus capturæ, & paucis ab hinc annis alia etiam erat forma citandi reos .ſ. per præcepta pœnalia, ſub pœna aliquando pecuniaria, aliquando confeſſi, & conuicti criminis,ſed videtur abrogata ex ord. regiis. quia Senatus non ſolet tàm de facili, ut prius,ea concedere licet adhuc habeat arbitrium ea concedendi ex diſpoſitione No. Conſtitutionum in hæc verba loquentium. *Omnibus* iuſdicentibus interdictum eſt procedere per præcepta pœnalia cōtra imputatos de maleficio,expreſſa,vel non expreſſa cauſa inconſulto Senatu, ſed procedere habent ſeruatis ſeruandis. §. Nec etiam admittere poſſunt delationes criminum,niſi is,qui deferat,nomen, & cognomen exprimat, nec ſuper eis alio modo procedi poſſit, & ſi procedatur, proceſſus ſit nullius valoris, & momenti: Iudexque puniatur arbitrio Principis,vel Senatus, & aliquando expediebant,& expediunt hæc præcepta,aliquando non iuxta illud prudentis dictum eſt modus in rebus, ſunt certi denique

l. 4. c omnibus de accuſ.

Idem Cl.

Digitized by Google

niquc fines, Quos vltro citroque nequit conſiſtere rectũ: ſed de hac forma hactenus.

Inquiſitio itaq; aliquando formatur ex officio mero Iudicis, ideſt parte non inſtante, & aliquando ad inſtantiam partis; & poteſt formari de omni delicto probato punibili, & continuè debet nomen Iudicis inquirentis, illius, qui iniuriã paſſus fuit, ſiue is ſit priuatus, ſiue fiſcus, ſiue vniuerſitas, vel reſpub. nomen, & cognomen inquirendi ſi ſcias, quod dico propter ſtatutum diſponens, quòd accuſationes, inquiſitiones, proceſſus, & condemnationes fieri poſsint de foraſteriis, & contra eos, licet nomen, vel cognomen ipſius rei non ſit in eiſdem inquiſitionibus, proceſsibus, & condemnationibus, vel aliquo eorum. Itẽ locum, menſem, & annum commiſſi delicti exceptis in aliquibus caſibus, puta falſi, & monetæ falſæ. & item publicationem, ideſt annum, mẽſem, & diem quo formata fuit tam ad dignoſcendum iuriſdictionem iudicis, tum ad cognoſcendum, an præſcipta ſit actio agendi criminaliter, ex quo per viennium præſcribitur actioni cuicunque criminali: item competentem terminum ad reſpondendum. Item quòd inſtimetur legitimè. Et ſi fuerit de homicidio, vel inſultu cum qualitate, debebit etiam formari cum participatione fiſci, & ab eo ſubſcribi, iuxta tradita per No. Conſt. in hæc verba videlicet. *Inquiſitiones* de animo deliberato formari non poſsint, niſi vno ex aduocatis fiſcalibus ſubſcribente in locis, vbi ſunt aduocati, ſin minus ſyndico. & illud erit obſeruandum, vt ex lectura ipſius inquiſitionis appareat delictum ſcienter, & doloſè fuiſſe commiſsum ſaltem in eis delictis, quæ de ſui natura non ſunt illicita, vt receptare bannitum, frumenta exportare extra dominium, vel vinum, arma deferre noctu, & ſimilia, quæ ciuilia ſunt, non autem naturalia, in aliis autem, quæ de ſui natura ſunt illicita, vt homicidio, furto, falſo, adulterio, & ſimilibus, non ſunt neceſſaria; quia in his præſumitur dolus, imò à dolo ipſo eſſentiam accipiunt, & ſine eo exiſtere non poſſunt regulariter. Quo verò ad diem ſecundum Doctores non eſt de ſubſtantia, aut forma inquiſitionis, niſi quando aliquid factum vno die eſſet delictum, quòd in alio non eſſet delictum, & quando pœna

L. 1. de aduoc. & ſynd. fiſc. gen. vide etiam D. Zaua. nu. 320.

✠ *Boſſ. n. 115 ti de inq. Ex decre. Sen 3. No nẽb. 1505 dñs domus nõ eſt moleſtan in qua banniti ipſo inſcio receptati fuerint & ex alia decl. Sena. diei*

vno

vno tempore duplicanda veniret, & alio non, vt in deferēte arma, vel abutenti armis noctc, * & licet dies poſſit omitti in inquiſitione, ne reus inſtruatur ad falſum machinan. tamen Iudex debet curare, vt in proceſſu de die, conſtet, & mala eſt illa practica commiſſariorum bladorum, qui in proceſſib. quos fabricant contra fraudatores bladorum, nunquàm curant detegere diem, & aliquando nec mēſem, vt imputato ſit ſublata defenſio, & miſerrimi cogun tur velint, nolintuè ſe componere, ex quo ſibi irrogant infamiam fatendo delictum, * cui abuſui eſſet occurrendum per ſuperiores, & quidam alii doctores dicunt, quòd ſi reus dicat tali die fuiſſe alibi, & petat ædi diem, eſſe arbitrii Iudicis cogere actorem ad exprimendum diem, qui tamen ſi recuſauerit, vel dixerit non recordari, excuſabitur, & quando negatiua non poteſt probari coarctata, loco, & tempore, ratione incertitudinis temporis, tunc Bartholus dat hanc cautelam, vt aduocatus formet articulos concludendo ſic dicat, quòd vna tantùm rixa interuenit inter me, & te, in qua fuerunt præſentes tales teſtes in accuſatione aſcripti. Item quòd in illa rixa ego fui prius inſultatus à te. Vnde teſtes primi ex parte accuſatoris hoc de facili probabunt. ſ. vulnus eſſe factum, ſi verum eſt, & alii teſtes poterunt probare defenſionem.

11. Ang. 1558. ordina quē pro contubannito præſtitum nō eſſe puniendum Ang. ī gl de anno præſenti, & menſe Nouemb. tex. in l. non damnatos c. ex quibus caſibus infamia irrogetur, & gl. ibi. Boſſ. nume. 82. Ange. vtſ. Bar. vt infra. in l. is qui, reus. ff. de pub. iud. nu. 10.

Cauti eſſe debent Iudices in formanda, & concipien da dicta inquiſitione ſpeciali, ne ob eorum incuriam, & negligentiam impugnari poſſit inquiſitionalis libellus, quando quidem ex multis capitibus poterit impugnari. ſ. ex capite ineptitudinis, quod inſurgit multipliciter, puta ratione ſolemnitatis omiſſæ: * etiam eius, quæ ex conſuetudine eſſet apponenda, & omiſſa eſſet. Item ratione obſcuritatis, vel qualitatis, ſiue circa delictum, ſiue circa delinquentem, vel ratione concluſionis, ſed hoc euitatur per generalem illam ſalutarem concluſionem ſuper quibus omnibus, & ſingulis prædictis, & dependentibus, & cætera. Extenſio præfat. Dominus Iudex intendit procedere, & punire repertum culpabilem, ſecundum formam iuris, & ſtatutorum. Item ratione equiuocationis, vt cum exprimitur vnum delictum pro alio. Item

Boſſ n. 77.

ratione

ratione finis. Item ratione iuris notorii. Item ratione vitii citationis,& iſtud vitium ineptitudinis eſt maximi momenti,nam ac conſtat de ineptitudine, reus debet abſolui ab obſeruatione iudicii, & de nouo inchoari proceſſus.

Boſs. nu. 77. Item quando inquiſitio redargueretur incerta ratione generalitatis, puta cum inquireretis, de homicidio hominis non exprimendo cuius hominis, vel de furto, non dicendo quarum rerum, nec cuius domini. Item non debet aliquid prætermitti in ſubſtantialibus circa facti narrationẽ *Boſſ. 75.* ſeu concluſionem,vel quid ſuperfluum addatur extra factum. nam inquiſitioni formatæ,& intimatæ reo non poteſt aliquid addi, vel diminui (niſi obſtaret decretum Senatus in contrarium diſponens poſſe reformari, non obſtante ſtatuto) ex diſpoſitione ſtatutorum Mediolani in hæc verba diſponentium, qualiter debet procedi per officium. *In* criminalibus verò ubi proceditur, uel procedi debet, ſeu poteſt per inquiſitionem procedatur, & procedi debeat in hunc modum uidelicet, quòd titulus inquiſitionis formetur per iudicem, & in ſcriptis reducatur cum anno, menſe, & loco commiſſi criminis, & cui titulo inquiſitionis incepta inquiſitione nihil addi, vel diminui,vel mutari,vel iniungi poſſit, nec declarari, nec ſuper eodem delicto de nouo formari. Quem titulum inquiſitionis teneatur dare, vel dari facere iudex illi,contra quem inquirere intendit,& terminum vnius diei vtilis ad delibera. antequàm procedat aliquo modo contra illum, contra quem procedere intendit. Et deinde dictum illius,contra qnem procedere intendit recipiat,& de eo,ei vel eius procuratori copia fiat ſi petatur dicto rei recepto, teſtes recipiantur, qui iurent dicere veritatem, & dentur nomina teſtium illi,contra quem fit inquiſitio,vel procuratori,ſi petita fuerit, & debeat, & teneatur iudex omnes reſponſiones, quas fecerit ille, contra quem inquiritur, ſiue ſint negatiuæ,ſiue affirmatiuæ ſcribere, ſiue ſcribi facere. Et teſtes diligenter interrogare,vt continetur in ſtatuto incipiente iudex maleficiorum,teneatur dare,ſeu dari facere accuſam,&c. vt cauſam ſui teſtimonii dicant,ſeu reddant, & in ſcriptis reducant. Teſtibus verò receptis

debeat

Digitized by Google

debeat dare terminum defenſionis quindecim dierũ illi, vel illis,contra quem,vel quos inquiritur,vel eius,ſeu eorum procuratori,& poſtmodum ad tormenta procedere, ſi de iure poterit,& debebit, & eo de tormentis depoſito, in actis ſcribatur dictum tormentum, nec ad quæſtionem iterum repeti poſſit, niſi indiciis aliis ſuperuenientibus, & debeat iuſdicens ſtatuere terminum exemplandi, & notandi teſtes, & acta,& inſtrumenta, & diſputandi, & allegandi pro modo,& qualitate cauſæ, Quibus ſic peractis teneatur, & debeat iudex procedere ad condemnandum, vel abſoluendum infra dies xxx. ſub pœna lib. 50. tertiolorum D. Poteſtati,& totidem Iudici, ſub cuius examinatione dicta inquiſitio facta fuerit toties quoties cõtra prædicta,vel aliquod prædictorum fuerint,& nihilominus duret inſtantia cauſæ. ſaluò quòd in illis inquiſitionib. vbi iudex debet,& teneatur inquirere de fama alicuius, vel aliquorum antequàm faciat inquiſitionem contra eum, prædicta non habeant locum, & ſaluò quòd per prædicta non derogetur in aliquo ſtatutis loquentibus contra facientes,vel tractantes aliquod,ex quo turbaretur,vel turbari poſſet ſtatus pacificus domini Mediolani, vel communis Mediolani.

Sed de iure communi videtur poſſe inquiſitio reformari, vſque ad conteſtationem litis,& ſic ante receptum nomen rei, inter reos,licet non poſſit fieri additio, uel diminutio teſte Boſſio. *nu. 104. & 107.*

Et ad formandum hanc ſpecialem inquiſitionem requiruntur grauia indicia,& legitima,& idem ad reum examinandum. Hinc dicunt Doctores tres eſſe gradus indiciorum,quia aliqua ſunt læuia, & hæc ſufficiunt ad capturam,non tamen ut ſtatim reus debeat examinari ſuper delicto,ita ut eius nomen recipiatur inter reos, ſed ut tollatur ei facultas fugiendi, ſufficiunt etiam ad inquirendũ, ideſt ad aſſumendum informationes ex officio contra aliquem de delicto, non tamen ad illi tranſmittendum inquiſitionem, uel citationem, uerbi gratia, in dicto, ſeu aſſertione morientis, item in graui inimicitia, item in fama. Grauia, ideſt legitima, ſufficiunt ad tranſmittendũ inquiſitionem reo abſenti, uel ſi ſit captus ad examinandũ *Cla. q. 20 & Boſſ. tit. de inqui. nu. 8.*

ſuper

ſuper delicto, & ad torquendum. Grauiſſima .i. indubitata, ſufficiunt etiam ad condemnationem, & hac eſſe debent non modo pluſquàm ſemiplena probatio, ſed etiam quaſi probatio

De intimatione inquiſitionis.

Vide D. Zan. num. 324.

Boſſ. n. 10. tit. de nul. aduerſus ſent. vñt. de nul. & ceſſuñ defectu citationis.

✠

Li. 4. de accu.

CVm autem proceditur per inquiſitionem, vel præcepta pœnalia, erunt intimanda legitimè reo, ne defectu legitimè citationis proceſſus, & condemnatio exinde ſequuta corruant, nullitas enim ex actis reſultans ſemper poteſt allegari, & deduci per reum etiam poſt ſententiam, & bannum, immo tres ſententias in capitalibus, vel corporalibus. Itaque in citandis reis erunt ſeruanda ſtatuta, & Nouæ Conſt. quæ ſic diſponunt. *Procedant* iuſdicentes contra abſentes imputatos de aliquo crimine, eoſquè citabunt ad domum, vbi habitant, ſi certam habitationem in eorum iuriſdictione habuerint, quòd ſi non habuerint, citentur in ciuitate, vel terra, in qua, ſeu eius territorio delictum commiſſum eſt, & ad vualuas Eccleſiæ maioris illius ciuitatis, vel terræ, vbi de crimine cognoſcatur, voce præconia in locis, vbi proclamationes fieri ſolent. § Quòd ſi quis deliquerit extra dominium in caſibus, in quibus procedi poteſt, & certam habitationem non habeat in dominio Mediolani, citetur in forma abſentis, & pro prima vice duo agnati eius ſi agnatos habebit, vel citandus eſt per litteras ſubſidiales, ſi ita Iudici videbitur, hocque modo citati legitimè citati ſint, intelligantur qui ſi in terminis aſſignatis non comparuerint, ponantur in banno, in quo ipſis aliquo termino aſſignato, ſi in contumacia perſeuerabunt, & comparere negligant, habeantur pro conuictis, & confeſſis, & per ſententiam diffinitiuam, condemnentur in pœnis ex conſtitutionibus, & ordinibus ſtatutis, & fiat executio per eos Magiſtratus, ad quos ſpectat. §. bonaquè eorum reorum publicentur iuxta formam conſtitutionum. Et de crimine læſæ Maieſtatis ſic, *in* omni crimine læſæ M. rebellioniſuè, ſiue turbationis ſtatus rei citandi ſunt ad domum ſolitæ habitationis tempore delicti, & illa ceſſante, vbi aliquando habitare

tare conſueuerunt tempore tamen commiſſi delicti, & ad loca publica illius ciuitatis, vel loci, in forma in qua abſentes citari ſolent, hiſquè ceſſantibus in loco delicti, & ad loca publica eiuſdem iuxta ſolitum locorum, quòd ſi delictum extra dominium committatur, certaque non eſt habitatio delinquentis, vel vbi habitare conſueuerat, citandus eſt in loco originis propriæ, vel paternæ, nec non ad loca publica iuxta ſolitum ipſius loci. §. poſſit quoque fieri citatio tam per ædicta, quàm alio modo in caſibus, tamen à iure præmiſſis. §. Iudices in præmiſſis conſiderare debent in danda dilatione maiori, vel minori habita ratione vbi ſit, vel veriſimiliter eſſe poſſit citandus, & inſuper procedere poſſunt per accuſationem, denunciationem, inquiſitionem, & aliter etiam per præcepta pœnalia ſub pœna conſeſſi, & conuicti criminis, ſummariè, ac ipſa facti veritate attenta; omnibus Iuris, & ſtatutorum ſolemnitatibus omiſſis.

Statuta verò ſic diſponunt ſub rubrica qualiter requiſitio in maleficiis ſit facienda.

Nullus de ciuitate, vel diſtrictu Mediolani, vel aliundè delinquens in ciuitate, comitatu, vel diſtrictu Mediolani requiratur propter maleficium ad domum ſibi habitat. ſi certam habet habitationem in ciuitate comitatu, vel iuriſdictione Mediolani, & ſi certam habet habitationem in ciuitate, comitatu, vel iuriſdictione Med. non habet; requiratur vbi habitare conſueuit, vel vbi vſus eſt, vel conſueuit vti, ita quod plures de vicinis, vel aliquis de familia eius, ſi adeſt, audiant, & ſi certam habitationem non habeat, nec habere cõſueuit, requiratur vbi maleficium eſſet perpetratum, & nihilominus cridetur per præcones communis Mediolani ad lobiam deijs, vel ad ſcalas palatii cõmunis Mediolani alta voce, quòd talis requiſitus eſt de maleficio, & facta dicta crida habeatur pro legitima citatione, ita tamen quòd in caſibus, in quibus certam habitationem non habeat, quòd vltra citationes prædictas, quę fieri debent ad loca vtſ. nihilominus voce præconia ſono tubæ præmiſſo ad ſcalas palatii, cridetur q; talis requiſitus eſt, & requiritur iterato: alioquin nõ valeat requiſitio, nec

bannum teneat,& ſi reus realiter requiſitus non venerit, vel ſi venerit,& terminus ſtatutus fuerit, & ad illum terminum non venerit,in banno ponatur octo dierum ſpacio ſibi dato, & ſi per illos octo dies per requeſtam,vel terminum ſteterit in banno, & venerit, habeatur pro conuicto, & confeſſo, ſiue procedatur per accuſam, ſiue per denunciationem,ſiue per officium. Et ſub rubrica de forma citationis in criminalibus in ſcriptis danda ſeruitori. ſic

Iudex maleficiorum,& eius notarius teneatur, & debeat dare,& dari facere in ſcriptis ſeruitori formam requiſitionis comprehenſam in præcedenti ſtatuto incipiente nullus de ciuitate &c. ſignatam ſuo proprio ſigillo, & ſigno, & diligenter examinare,& ſi ſeruitor,vel præco non ſeruauerit eam,condemnetur ſeruitor, & præco in ſoldis centũ tertiolorum pro quolibet ipſorum omni vice. Et ſi dictus judex,& notarius prædicta non ſeruauerit, condemnetur iudex in libris decem tertiolorum omni vice, & eius notarius in ſoldis centum tertiolorum omni vice, in qua quidem requiſitione,ſeu requeſta vltra ea, de quibus fit mentio in dicto ſtatuto nullus de ciuitate &c. teneatur, & debeat ſub prædicta pena iudex maleficiorum, & eius notarius apponere,ſeu apponi facere totã accuſam, ſeu inquiſitionem,vel denunciationem,ſuper qua procedi intenditur, exceptis tamen nominibus teſtium inſertorum in ea, & dictus ſeruitor ſub dicta pœna teneatur totum exemplũ ipſius requiſitionis dimittere vbicunque fecerit ipſam citationem, ſeu requiſitionem.

Quòd citatio maleficij fiat in præſentia teſtium.

Vide Boß. in tit. an in cri iud. quis poſsit pro abſente interuenire.

NVlla citatio maleficij poſſit, nec debeat fieri per aliquem ſeruitorem in ciuitate,vel comitatu Mediolani,niſi in præſentia teſtium duorum de nominibus, & cognominibus,quorum, & de parochia, & contrata, ſeu loca,vel terra,in qua ipſa citatio facta fuerit, fiat mentio in relatione dicti ſeruitoris, & ſi aliter dicta citatio, vel relatio facta fuerit,non valeat,nec teneat,nec ei fides adhibeatur.

Digitized by Google

beatur. ſed hæc ſtatuta de citationibus correcta fuerunt per ſtatuta ciuilia c.41. vol. primo, dum diſponunt, quòd citationes, & proceſſus maleficii, & fideiuſſoriç fiant, & fieri poſſint ſecundùm morem citationum cauſarum ciuiliũ, & valeant, licet non ſit ſeruatus ordo citationum cauſarum criminalium.

Intimata dicta inquiſitione, vbi ipſe reus tunc noluerit comparere, uel in illis caſibus, in quibus poteſt ſe defendere per procuratorem, quod poterit facere in illis pœnis, in quibus agitur de pœna pecuniaria tantùm, poterit mittere aliquem eius defenſorem, uel amicum, ad allegãdum eius abſentiam, & petendum terminum ad illum certiorandum, & offeret fidem facere de abſentia inquiſiti, uel impedimento neceſſario, & legitimo, non autem affectato, & iudex facta dicta petitione poterit ſtatuere aliquem terminum ad certiorandum reum etiam non receptis aliquibus informationibus ſuper abſentia, poſſet tamen illum denegare, in duobus caſibus. Primò ſi conſtaret ex actis, quòd eidem perſonaliter fuiſſet data citatio, uel quòd poſt citationem intimatam, fuiſſet abſentatus, affectata enim abſentia, ſiue voluntarium impedimentũ non meretur excuſationem; Quando autem talis excuſator allegaret aliud impedimentum rei, quo comparere non poſſet; puta quòd eſſet, in carceribus in alia ciuitate, uel loco, & fidem faceret de carceratione, vel infirmitate, tunc ſi delictum erit capitale, vel corporis affl ct. vel aliud tale, quod requirat rei præſentiam: tunc iudex conſtito de tali legitimo impedimento non debebit ſtatuere terminum ad certiorandum reum, niſi quando eſſet in caſu, vt per procuratorem ſe defendere poſſet, cum .ſ. agitur de pœna pecuniaria tantùm, ſed curabit, quòd ſuperſedeatur, durante tali impedimento, & per aliud tempus poſt, puta ſex, decem, uel quindecim dies poſtquàm, uel rediiſſet à legatione, uel à caſtris, ſed quando allegatur quòd reus eſt detentus, uel infirmus, ne reus deludat iuſtitiam, poſtquàm relaxatus fuerit, vel ſanus effectus: eo caſu duobus modis Iudex conſulere poterit Fiſco, uel .ſ. ſcribat litteras Iudici illi, in cuius carceribus retinetur, ut eum non relaxet ſine licentia ipſius, uel exigat ab eius

agen.

Digitized by Google

agen. (id etiam quando dicitur eſſe infirmus) fideiuſſionem de illum conſignando termino arbitrando per iudicé poſt quàm dimiſſus fuerit è car. vel ſanitatem recuperauerit. ſi autem fideiuſſio dari non poſſet, vel non eſſet fidendum fideiuſſionib. & quòd delictum eſſet atrox,& reus cõuictus : tunc quando eſt infirmus, mittet cuſtodes ad domum rei, donec conualuerit quem conducent exinde in carceres, ſi autem erit carceratus, ſufficiet ſequeſtratio penès Iudicem, in cuius car. erit, quod ad cautelam faciet impetrata prius à ſuperiore licentia,ne ille alius Iudex faceret negotium, vt permulti facere conſueuere, licet malè,nam omnes ſunt adminiſtratores iuſtitiæ.

Voler. in titu. aud. excuſ. nu. 19. vbi multos citat.

Et iſta comparitio excuſatoria à quocunque fiat, eſt admittenda, & ſi non admitteretur.i.ſi non daretur aliqua dilatio ad certiorandum iuxta locorum diſtantiam, & de iure debuiſſet dari, omnia per Iudicem attentata poſt, nulla eſſent, neque ſententia exinde lata afficeret tamquàm nulla ſecundum doctores, & actus talis excuſationis ſic poſſet concipi in ſubſtantialibus.

Bart. in extrauag. ad repri. per edict nu. 7.

Comparuit N. amicus, beneuolus, & defenſorio nomine R. abſentis ab hac ciuitate, & Ducatu, ſiue infirmi, vel carcerati, vt in facto,& cui videtur emanata aſſerta inquiſitio de aſſerto tali delicto cum termino trium dierum ad illi reſpondendum,cui habeatur relatio citra præiudicium &c. vnde dicto nomine monuit, & monet præf. Magnif. D. Iudicem ſicuti dictus R. inquiſitus non poteſt in pręſentiarum cõparere,& ſtare mandatis præfati D. Iudicis,ex quo iamdudum reperitur (ſubdatur impedimentum, pura) abſens ab hac ciuitate in tali loco, cauſa publicæ legationis, vel reip. vel in caſtris regiis, vel eſt infirmus,vel carceratus in tali loco,vel quia pro eodem facto vocatur à Magiſtratu ſuperiori,deinde ſubdatur clauſula,de quo quidem impedimento offert, ſiue de qua quidem abſentia offert fidẽ facere præfato mag. D. Iudici, & eius curiæ, ſi illis videatur, atque nobis exhibet N. N. vicinos ipſos R. è quibus veritas haberi poterit,& hæc deducit ad effectum, ne contra illum vti contumacem procedatur, ſed ſuperſedeatur ab omni vlteriori proceſſu, & moleſtia. aliter proteſtatur de nullitate &c.

Idẽ admonet Bart. viſu. n. 3.

Quan-

Quando autem ſumus in caſibus, in quibus reus poteſt comparere, & defendere ſe per procuratorem, quod in multis caſibus poteſt facere videlicet, vbi imponitur pœna pecuniaria, item quando citatur communitas pro cauſis capitalibus, quia tunc poteſt comparere per ſyndicum legitimè conſtitutum, & ſpecialiter inſtructum ad ipſum crimen, cum ſpeciali mandato iurandi corporaliter. Item quando citantur ſpeciales perſonæ ad minus numero decem, quia poſſunt comparere per Procuratorem in quibuſcunque cauſis capitalibus, exceptis criminibus læſæ M. & hæreſis ſecundùm Fol. num. 15. ſed id in dominio Mediolani non ſeruatur, niſi quòd recurritur ad Senatum, qui conſueuit dare litteras, vt conſtituentibus tribus, aut quatuor ex magis grauatis, cæteri dimittantur fideiuſſori de ſtando, & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, benè vere eſt, quòd ſi homicidium, aut aliud delictum vni principaliter aſcriberetur, & cæteris tamquàm auxiliatoribus, quòd ſufficeret eos auxiliatores fideiubere pro pœna pecuniaria, iuxta decretum, & eius declarationem factam per Senatum Excellentiſſimum authore Ill. Senatore Boſſio viro conſumatiſſimo in legali ſcientia, & omnibus virtutibus prædito, cui plurimum debet author ob eius humanitatem. Item Procurator debet admitti ad proponen. id omne, quod per ſimplicem excuſatorem proponi poſſet. Item quando petitur, quòd ſententia declaretur nulla. Item quando non ſunt probata Iudici ordine iudiciario indicia contra reum. Item quando vellet opponere non poſſe procedi cõtra citatum, quia licitè potuiſſet occidi, vel alias offendi occiſus, ſtante ſtatuto, prout eſt Mediolani, verùm eo etiam in caſu tenetur pariter comparere ex diſpoſitione alterius ſtatuti, cuius verba hæc ſunt. *Quòd* calumniatus teneatur venire perſonaliter. Si aliquis calumniatus fuerit, vel accuſatus, vel contra eum per officium, occaſione alicuius maleficii, vnde ingeratur pœna ſanguinis à modo procedatur, & ea occaſione requiſitus fuerit, teneatur venire coram illo Iudice, cuius occaſione requiſitus fuerit perſonaliter, & nõ per Procuratorẽ, & hoc nõ obſtante, quòd allegaretur partẽ offenſam eſſe bannitã de maleficio, vel alia

Ex Fol. & vel eos verbo citari faciat nu 9. & 14 & Iodo. tit de exonerando in maetr. cõium. Vide Boſſi. præcedenti.

Fol. titi aud excuſ nu. 2. 3. 4. 5. 6.

✠

I exce-

exceptione, per quam diceretur debere impediri proceſſus. ſed ſaluis ſuis exceptionibus, veniat, & poſtquàm venerit, poſſunt vti omnibus ſuis iuribus, & exceptionibus, vnde inoleuit vſus, quòd quando quis interfecit bannitum, ſolet habere recurſum ad Senatum petendo mandari Iudici delicti, vt eum non moleſtet exhibito banno legitimo occiſi, & ſic Senatus dat litteras de forma. ſ. vt ſupplicante ſe conſtituente, & exhibente legitimum bannum occiſi, vlterius non moleſtetur. Item quando vult allegare, quòd accuſatio eſt calumnioſa notoriè. Item ad dicendum de ineptitudine inquiſitionis, vel accuſationis, ſiue de nullitate inquiſitionis, vel condemnationis, vel ex defectu citationis, vel peremptorij. & ex prædictis habes caſus, in quibus admittitur excuſator, ſine mandato. ſ. ad allegandum cauſas abſentiæ, aut infirmitatis, captiuitatis, vel aliud impedimentum ineuitabile. * Imò (inquam) dictus inquiſitus conſtituet aliquem procuratorem ſpecialem ad comparédum pro eo, & illum defendendum à tali inquiſitione, & proceſſu, & dependendum ab inde, quia dato, quòd procurator fateretur delictum, & condemnationẽ vereatur, & ſolueret aliquam pęnam, ipſe Dominus non efficeretur ob id infamis, nec incurreret aliquam notam infamiæ, * quid autem facere debeat ille procurator ſpecialis dicam infra in tit. reſponſionis rei.

Fol. in ſua pr. crim. can. ſitu. reperti culp. cir. nu. 13.

Cap. cant. 12.

De banno.

Vide Boſſ. tit. de bãnitis.

ET reo non comparente, nec aliquo excuſatore pro eo in termino ſtatuto ad reſpondendum inquiſitioni; ſolet dari bannum cõtra inquiſitum, quòd in prætorio pręconizatur ſono tubæ, ſecus in officio Illuſt. Capitanei iuſtitiæ, & ſic conſueuit concipi præmiſſo tempore. Quoniam ſupraſcr. R. legitimè citatus non comparuit in termino inquiſitionis contra eundem R. formatæ de homicidio ſub tali die, & illi intimatæ, ſed contumax fuit, vt ex actis, iccirco mag. talis Iudex ſedens &c. fiſco regio ſic inſtante dedit, & dat bannum contumaciæ de maleficio de, & pro contentis in dicta inquiſitione. dicto R. in quo præteribit lapſis octo diebus prox. futuris, intra quos

valeat

valeat perſonaliter comparere,& ſuas defenſiones facere, & in omnibus,& per omnia,iuxta formam ſtatutorũ. Quod quidem bannum publicatum fuit, &c. Et ſi mandaretur intimari, quòd laudarem, fieri licet non conſueuerit, addenda erit ſequens clauſula, & ad effectum ne prætendere poſſit ignorantiam commiſit N. ſeruitori quatenus vadat ad intimandum dictum terminum,& omnia, & ſingula ſupraſcr. dicto R. perſonaliter, vel &c. ad effectum ne ſe excuſare poſſit. Dat. Mediolani die ſupraſcripto. Statuta Mediolani de banno ſic diſponunt videlicet. *Iudex maleficiorum* ea die, qua bannum maleficij datum fuerit alicui, ſeu aliquibus,teneatur, & debeat dictum bannum portari facere notariis ad banna in palatio. Quod ſi factum non fuerit, Iudex componat qualibet vice cõmuni Mediolani libras quinquaginta tertiolorum,& notarius componat cõmuni Mediolani lib. xxv. tertiolorũ, & ſeruitor componat communi Mediolani libras decem tertiolorum, ad quas pœnas compellantur ſine aliqua condemnatione.

Nullum bannum de maleficio canzeletur, vel pro canzelato habeatur, niſi cauſa canzellationis ſcripta fuerit in præcepto, & niſi illud præceptum ſcriptum, vel ſubſcriptum fuerit manu notarii illius officii, de cuius mandato facta fuerit dicta cancellatio, & niſi nomen, & cognomen cancellationis fuerit ſcriptum ſuper ipſo banno, & niſi ſcriptus fuerit annus, dies, & menſis, quibus ſcripta fuerit dicta cancellatio, & aliter non valeat, & quodlibet præceptum cancellandi,vel prorogandi aliquod bannum, vel condemnationem, ponatur in actis per notarium, qui illud firmauerit, vel ſubſcripſerit, pœna notar. libr. 25. tertiolorum qualibet vice. Item in quolibet bãno maleficii exprimatur maleficium propter, quod quis bannitur, & aliter bannum datum ipſo iure non valeat. Item nullum bannum maleficii de cætero detur, niſi relatio ſeruitoris ſcripta fuerit in quaterno actorum Iudicis,in qua relatione contineatur actus locus,in quo requiſiuerit reum,& certa dies,qua ipſum requiſiuerit, (& hæc tamen requiſitio non ſeruantur) nomina, & cognomina teſtium,quibus præſentibus facta fuit ipſa citatio,& ſi aliter datum fuerit, non valeat.

Digitized by Google

Poteſtas, & eius Iudices, & Conſules, & quilibet alius Magiſtratus communis Mediolani, nec aliquis eorum non poſſint, nec debeant cognoſcere de aliquo banno maleficii dato ſecundum formam in ſuperioribus capitulis deſcriptam, in quo aliquis ſit præteritus, niſi illud datum eſſet tempore ſui regiminis, vel officii, quo caſu poſſit cognoſcere de falſitate illius banni, ſi dicatur falſum, vel falſo datum.

Vide Boſſ. vsſup nu. 3. & 4. Hinc datur intelligi duplex eſſe bannum vnum .ſ. quòd habet vim interloquutoriæ, de quo ſupra dictum fuit, & hoc poterit reuocari comparente reo, quandoque antè ſententiam diffinitiuam: alterum bannum, ſiue mauis, ſecundum bannum eſt, quando ſententia diffinitiua contra contumacem fertur, & hæc non poteſt mutari, neque caſſari niſi auctoritate ſuperioris, quia Iudex inferior functus eſt officio ſuo, vel niſi in caſu notoriæ nullitatis ipſius condemnationis, quo caſu ex diſpoſitione ſtatutorum poſſet circumſcribere ipſam condemnationem, tamquam nullam, & tunc ſcribendo præceptum d. regulatoribus ſtatutorum neceſſe eſt facere mentionem, de nomine, & cognomine banniti, & delicti, & tempore condemnationis, vt ſtatutum innuit.

Ex banno, & fuga reſultat indiciũ ad torturam teſte Plo. in l. ſi qñ nu. 883.

De peremptorio.

Vide Clar. q 31. ve. ſed hic quæro, & q. 44. VBi reus præterierit in banno .i. non comparuerit in dicto termino octo dierum, citatur peremptoriè, ad videndum ſe condemnari, occaſione contentorum in inquiſitione contra eum formata ſub die tali, cum clauſula, & ſucceſſiuè &c. donec &c. quæ clauſula multum operatur, nam Iudex durante eius iuriſdictione poterit illum, quandoque condemnare eſto, quòd prior terminus peremptorii fuerit lapſus nedum per dies, ſed per hebdomadas, & menſes. & debet peremptorium intimari, prout inquiſitio, aduertendo tamen quòd intimatio in criminalibus debet fieri ad domum, in qua habitat reus tempore citationis, & non in aliis domibus ſuis, & *Ied. c. 13. n. 4. & 5.*

domum

domum hic accipe, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in conducta, ſiue gratis, ſiue hoſpicio quis receptus ſit: ſi verò domo careat, habes diſpoſitionem No. Conſtitutionum, & ſupplendo, quæ deſiderari poſſent in intimanda inquiſitione, aduertendum erit, quòd ſi eſſet citata communitas ad hoc vt contumax repeteretur, erit citanda caute, videl. quòd intimetur Conſuli, vel Syndicis talis communitatis in ſpecie, nec non deputatis ad locum vbi congregari ſolent pro negotiis publicis, & item ad plateam talis vniuerſitatis, & ad cautelam ad vualuas Eccleſiæ maioris talis loci, & vbiquè dimittãtur copiæ, ſi autem talis citatio, quæ ſit in platea publica, & ad vualuas Eccleſiæ, fieret ſono tubę, vel campanæ pręmiſſo, non vitiaret valitudinem actus intimationis, & aliqui doctores dicunt, quod aut vniuerſitas deliquit in rebus, & negotiis communitatis, aut extra res, & negotia ipſius vniuerſitatis: primo caſu, ſi deliquit in reb⁹ vniuerſitatis ſufficit requiri, & citari rectores vniuerſitatis, uel maiorem partem, vel Syndicum, vel Pręſidentes vniuerſitatis. ſecundo verò caſu, quando vniuerſitatis deliquit extra res, & negotia vniuerſitatis, tunc debet citari per tubam, vel campanam, voce præconia edicto ſolemniter facto, & in albo propoſito, ita vt poſſit in eius notitiam peruenire, * ſed an citatio poſſit intimari carcerato, varii varia dicunt teſte Folerio in cap. vel eos verbaliter citari faciat nume. 30. vbi tenet pro, & contra, verum æquior eſt, & tutior opinio eorum, qui ſic diſtinguunt, quòd aut tenetur comparere perſonaliter, & non per Procuratorem, & tunc non poteſt citari: imò ſi citaretur eſſet nulla citatio, nec afficeret: ſi verò poſſet mittere Procuratorem, tunc poſſet citari, & conſtitui contumax, quia ſibi imputandum eſſet, ſi neglexit mittere ſuum Procuratorem ad illum defendenuum, & de his hactenus.

Marſ. ſ. 55 n 41. & ſol nu. 23.

Vide Clar. q. 44. ver. videamus quæ ſit forma, & q. 93 ver. fuit aliquando.

De ſententia diffinitiua.

VBi reus contumax fuerit ad citationem perhemptoriam, tunc Iudex deuenit ad condemnationem pro qualitate dictorum, de quibus agitur hoc modo pręmiſſis proceſſus narratiuis.

Digitized by Google

Multa forent dicenda de hac materia ſententiæ, ſed omitto breuitatis cauſa. Illud tantùm animaduerto, quòd Iudices in condemnando non excedant legis diſpoſitionem, ſecus ipſi tenebuntur reddere rationem, & Deo, & hominibus, & ſi ignari ſunt legum, & ordinum conſulant prius aduocatum, neque pronuncient in abſoluendo, vel condemnando, niſi ſecundam probata, & allegata, & non ſecundum conſcientiam ſuam, quia Iudex, vt Iudex crudelior eſſe non debet lege, neque mitior, & ſecundum conſcientiam iudicat, qui ſuperiorem non recognoſcit. Item aduertent, ne quem condemnent pluribus condemnationibus, ſiue pœnis ex diuerſis delictis ab eodem tamen fonte manantibus, quia ſufficit condemnare R. in grauiori pœna, puta Titius animo occidendi inſultauit Gaium, eumquè vulnerauit, & occidit. Hic adſunt quatuor delicta .ſ. inſultus, vulnera, abuſus armorum, & homicidium, ſed non condemnabitur pro inſultu, neque vulneribus, ſed ob homicidium, tamquàm grauius, & in ſe abſorbens alia delicta, item non condemnetur in abuſu armorum, neque in pœnam ſtatutariam, quia confiſcatio bonorum abſorbit alias pœnas minores, & minor pœna confunditur in maiori. Idem dico vnus mouendo ſe de loco ad locum, inſultauit, & vulnerauit aliquem, tunc pœna inſultus debet confundi cum pœna vulneris, ex quo vnum eſt tantùm delictum, & ſic de aliis. Cauebunt etiam ne auxiliatores ad homicidium in rixa contumaces condemnent in maiori pœna, quàm ſi præſentes eſſent, & faterentur delictum, nam fuit ſublatus ordo Senatus Excellentiſſ. quo permittebatur auxiliatores contumaces condemnari poſſe eadem pœna, qua principalis delinquens, nam ſuperuenit declaratio eiuſdem Senatus Excellentiſſ. quòd ſeruetur conſtit. quod etiã obſeruauit vigilantiſſimus D. Zauatarius. ſi autem plures occidiſſent; & ignoraretur à quo vulnus lætale fuerit illatum, poterunt omnes in contumaciam capitaliter damnari, teſte Claro in §. homicidium, verſicu. ſed hic incidenter in fine. Vbi autem ſit facienda confiſcatio bonorum, nullo modo eam omittant, & in ſequentibus caſibus ex diſpo. No. Conſt. venit in conducendo blada, aut

farinam, riſum, vel legumina extra dominium ſine licentia, & in auxiliando ad prædict. officialibus bl. non prohibentibus cum poſſunt fraudari.

Lib. 1. Referendariis ciuitatum participantibus in licitationibus vectig. Principis.

Primo lib. Fabricatoribus, tonſoribuſque monetæ, aut tenentibus fornellos à vento, & croſollos, vel alia inſtrumenta apta ad tondendum, imprimendum, vel fabricandum monetam aliquam, aut ſecernentibus, & ſecerni facientibus monetam Mediolani cuſſam, vel alias monetas, quibus ex ordinibus vti Mediolani permiſſum eſt, aut ſcienti aliquem falſam monetam fabricare, vel fabricare facere, non denuncianti tempore ſuo, aut facienti ſtampas, & ſpontonos pro ipſis formis faciendis ad videndum monetam, ſiue videnda ſit Mediolani dominio, ſiue alibi ſine licentia.

Lib. 4. In quocunque crimine læſæ Maieſtatis, vel conatus eiuſdem.

Eidem. In raptu mulierum honeſtarum, vel vis illatæ eis. & latius habes decretum ſpecificans alios caſus. ſ. omnium, qui in contumaciam, vel conuicti condemnati erant ad mortem etiam ſi vltimo ſupplicio vita priuati fuerint ex eo, quod commiſerint, vel committi mandauerint aliquod ex his criminibus. ſ. læſæ M. fabricationis falſæ monetæ, veneficii, homicidii, aſſaſſinamenti, raptus virginum, aut mulierum honeſtarum, tam religioſarum, quàm non, robariæ, incendii domus habitatæ, falſificationis, aut falſo mutationis ſigilli Principis cancellariç, aut curiæ eiuſdem, item falſi circa inſtrumenta, & ſcripturas Principis inuaſionis hoſtili more in dominium Mediolani, & in vias publicas, & omnia alia delicta committentium, in quibus tamen de Iure communi, municipali, vel ex præſentibus conſtitutionibus imponatur pœna confiſcationis bonorum, bona, & iura ipſorum omnium malefactorum verè, vel fictæ, vbique ſita, vel reperta fiſco publicentur, & ipſo iure, & facto publicata, incorporata, & confiſcata fiſco, pariterque apprahenſa ſint, & eſſe intelligantur à die commiſſi criminis, etiam ſi per ignorantiam, vel negligentiam, aut impoſſibilitatem officialium, vel aliter ve-

Lib. 4. de iure, & priuil. fiſci. Vide et Plat in rub. decreti nuiui.

rè, &

Digitized by Google

rè, & actu non fuerint appræhenſa iure tamen legitimæ aſcendentium, & deſcendentium reſeruato, saluò quòd in crimine læſæ Maieſtatis diſponatur de legitima, prout iure communi cautum eſt (ſtatuta ſic in omnibus caſibus, in qu bus ſit publicatio bonorum, ſemper intelligatur, & eſſe debeat ſaluum ius creditorum, & deſcendentium, & il læſum, ſicut in ſtatuto de homicidio côntinetur. Item in caſu, quo fiat condemnatio de aliquo, per quam aliquid veniat appl. communi, ſaluum ſit ius creditorum, & deſcendentium, ita quòd quilibet deſcendens habeat ſuam legitimam, ſiue portioné debitam iure naturæ pro numero liberorum æqualibus portionibus, vt in ſtatuto de homicidio continetur) §. nec opponi poſſit, quòd non appareat de aliqua appræhenſione, nec incorporatione, nec de aliquo proceſſu, & quolibet tempore executio, & apprehenſio fieri poſſit nulla præſcriptione admiſſa, nec obſtante, §. nec poſſint de huiuſmodi bonis applicatis cameræ fieri aliqui contractus, vel diſtractus, aut aliquod inſtrumentum, nec aliquid aliud, quod proprietatem, vel poſſeſſionem reſpiciat in præiudicium fiſci, vel habentis datum à fiſco, quod ſi ſecus factum fuerit ipſo iure, & facto ſit irritum, & inane. §. hæc tamen conſtitutio non compræhendit contractus ex cauſa onerosa factos bona fide poſt annum a die commiſſi criminis numerandum, & hoc quando crimen occultum eſſet. Item ex cauſa abortus fœtus animati, venit confiſcatio bonorum. Item in copula inter Chriſtianos, & hæbreas, & hæbreos, & Chriſtianas. Item ſi Laycus vltra ſecundam vicem monitus voluerit ingredi monaſterium monialium ſine licentia. Item qui enſem enudauerit ad præſentiam Principis animo aliquem offendendi, vel ſi in loco vbi Princeps habitat, & facta ſit percuſſio cum ſanguine. Item ſi officiales condemnati ex aliqua violentia, extorſione, ſeu alio delicto in officio commiſſo volentes impetrare alia officia, ſi non exprimatur condemnationem, & in priuilegio non faciunt inferri cauſas condemnationis. Item in crimine duelli. Item ſi familiaris officialis, aut ſtipendarius Principis, aut pater, filius, frater, vel fratris filius, ſocer, gener, aſcendens, aut deſcendens eorum

De legitima.

Lib. 4. Eodem.

Eodē, & Plo. in l. ſ quando ea. vnde vi num. 764. & 765. Lib. 4.

Lib. 4. & Plo num. 705. Lib. 4.

directa.

directè, vel per indirectum conduxerit aliqua vectigalia Principis, eo inconſulto, & ſine eius ſpeciali licentia. Qui ædificant, ſeu de nouo conſtruunt aliqua fortalicia in dominio Mediolani, vel ea quæ non ſunt fortalicia, reducunt in fortalicia ſine Principis licentia. Item in materia fraudationis ſalis, vel illius vſus contra formam ordinum, ac in auxiliatoribus, & participibus, Vicarius, & 12. prouiſionum congregantes alios ciues ſine licentia Principis. Itē mercatores, & magiſtri appothecæ cuiuſcunque exercitii recedentes à Ciuitate Mediolani, & ſe conferētes extra dominium ad effectum ibi habitandi, & exercendi artem ſine licentia Senatus vel Principis.

Lib. 4. de iure, & priu. fiſci.

Lib. 4. de vectig.

Lib. 5.

Lib. 5. c. omnibus de offic. Alb. & cōſ. in ere.

Aliqui ſunt etiam caſus, in quibus venit confiſcatio bonorum ſpecialium, vt in caſu locationis meretricibus publicis directè, vel per indirectum, nam pœna eſt amiſsionis domus. Item in venditione bonorum cum translatione dominii de ſubdito in non ſubditum, pœna eſt confiſcationis dictorum bonorum, & prætii, idem ſi fieret conuentio, quòd venditor ſolueret onera, non obſtante venditione. Item in habentibus Mediolani ſoſtras non conſignantibus quolibet die in ſero claues publicanis, ſi non fideiuſſerint de non fraudãdo vectigal, pœna eſt amiſsionis ædificiorum. Item ſi feudatarii receperint aliquam quantitatem magnam, vel paruam vini, & bladorum in fraudem vectigalis datii imbotaturæ, ſecus pœna eſt amiſsionis feudi, priuationis, exemptionis, & reuocationis conuentionis, ac amiſsionis vini, & bladorum, & ſic de aliis huiuſmodi.

Lib. 4. tit. de meretricib.

Lib. 4. c. omnibus. de iure, & priuileg. fiſci.

Lib. 4. de oneribus. c. acquirens § eoque amplius.

Lib. 4 de public. & vectig. ca. habentes. eodem ca. nemo conducat.

At illud diſcutiendum veniret cui nam fiſco, ſcilicet Regio, vel feudatarii, in cuius iuriſdictione delinquitur, eſſent applicanda bona talium delinquentium, ſed ego nolo pro nunc aliud dicere, eſt qui quærat, & iudicet, ſubiiciam tantùm alteram conſtitutionem in hæc verba videlicet.

Vbi ſubditus feudatarii delictum, ex quo confiſcatio bonorum veniat, committat in iuriſdictione Principis immediata, vel vbicunque in immediatè ſubditum Principis, bona ipſius, vbicunque ſita ſint in dominio noſtro mediatè, vel immediatè fiſco Principis, applicentur. §. vbi verè

extra

Digitized by Google

extra dominium, vel etiam in iuriſdictione ipſius, vel alterius feudatarii, in non immediatè ſubditum Principis, & in caſibus non comprahenſis in conſtitutione de maiori Magiſtratu, tum bona illius ipſis feudatariis applicentur, in quorum iuriſdictione ſita reperientur, & illo caſu iudex feudatarii, ad quem ſpectat, de delicto cognoſcat. § Quæ verò reperientur ſita in immediata iuriſdictione Principis, eius fiſco applicentur. (Quando autem iudex feudatarii procedit contra aliquem per præcepta pecuniaria, tamquàm delegatus à Principe, tunc pœna debet applicari fiſco Regio, ex declaratione Senatus Excellentiſs. diei 20. Octobris 1558.) Adeſt & aliud decretum in hæc verba, *Si* contingat crimen committi, in quo vnus, vel plures ſint comprahenſi in præcedenti conſtitutione maioris Magiſtratus, & alii ſint ſubditi iuriſdictionem habentium, ne ſequatur abſurdum, quòd diuerſæ ſententiæ ferantur, ſancitum eſt, quòd omnes maiorem Magiſtratum cognoſcere debere, ſed reſpectu ſubditorum feudatarii confiſcationes, & item condemnationes pecuniarias feudatariis applicandas eſſe.

Quid agendum ſequuta condemnatione pecuniaria, vel capitali.

SVcceſsiuè facta condemnatione capitali, datur notitia per Iudicem D. Regulatorib. ſtatutorum Mediolani, vt deſcribant in albo bannitum talem, condemnatum ſub die tali, de tali delicto, qui D. Regulatores faciunt talem condemnatum cridari, ſiue publicari voce pręconia ad loca ſolita, & exinde inſcribunt ad librum debet etiam Iudex certiorem reddere Ill. Queſto. redd. extraord. de dicta condemnatione, ad hoc ut poſſint poni facere bona ad cridas in forma, ſi fuerint deſcripta, ſecus vt poſſit trāſmittere notarium cum oſtiario ad deſcribendum, & appræhendendum bona talis condemnati.

Si autem condemnationes erunt pecuniariæ: tunc tranſmittitur ad Ill. Queſtores tantùm, ad hoc vt exigi poſſint, quis deſcriptib. ad libros, notarius prouinciæ, qui eſt D.

Septala,

Septalæ, accedit, imò verius mittit ipſam condemnationem ad executorem cameræ, vt illam exigat, ſi poteſt, qui deſtinat famulos, & faciunt executionem, ſi inueniunt, & facto depoſito, vel deſcriptis bonis immob. Ill. Magiſtratus facit fieri cridas vtſ. cum termino trium, & ſex menſium ad contradicendum in forma, de qua re fortè alibi dicam. ſed hic conuenire videntur ſtatuta criminalia ſic diſponentia videl. ſub rubr. quòd tenentes bona banni torum, vel rebellium reſtituantur communi Mediolani, cum fructib. *Illi*, qui tenent bona bannitorum, vel rebellium communis Mediolani ſine iuſtâ cauſa, teneantur illa bona reſtituere communi Mediolani cum fructibus perceptis, & percipiendis vſque ad tempus reſtitutionis, & relaxationis fiendæ communi Mediolani de ipſis bonis. Item ſub rubrica quòd bona bannitorum perueniant in commune, ſaluo iure creditorum, & deſcendentium, &c. *Dominus* Poteſtas Mediolani teneatur, & debeat dare operam cum effectu, quòd bona omnium bannitorum communis Mediolani de maleficio, quorum bona publicata ſunt per ſtatuta, vel per ſententiam in commune Mediolani perueniant, ſaluo iure creditorum, & aliorum habentium ius in ipſis bonis, & deſcendentium, & prout in ſtatuto de homicidio continetur, de criminibus commiſsis tempore guerræ de Modoetiis criminaliter non poſsit cognoſci, de criminibus commiſsis à kalé. menſis Nouemb. anni 1322. vſque ad diem vndecimam Decembris anni 1324. in quo tempore fuit guerra de Modoetia aliquo tempore criminaliter non cognoſcatur, nec ſuper eis procedatur, & ſi pro delicto, vel delictis illo tempore commiſsis facta foret aliqua condemnatio, bannum, vel proceſſus habeãtur per infectis, & debeant aboleri, & canzellari de libris, & actis communis Mediolani, abſque aliqua præſtatione pecuniæ, & occaſione prædicti banniti, vel condemnati habeantur per reſtitutis in integrum ipſo iure; De reductione mulctarum, condemnationum, & bannorum. *Quia* aliàs ſuper reductione cõdemnationum diuerſimodè prouiſum foret, ſtatuitur, quòd omnes condemnationes pecuniariæ nundum exactæ, quæ deberent in commune Mediolani peruenire in totum, vel pro parte factæ ante

diem

Digitized by Google

diem decimam ſeptimam menſis Auguſti anni currentis 1334 ſint caſſę, & habeantur pro canzellatis, & caſsis, niſi condemnatio facta fuerit occaſione rebellionis, furti, robariæ, homicidii, vel incendii, vel alterius criminis, ex quo aliqua pœna ſanguinis irrogatur. Idem habeat locum in bannis maleficii datis, ex cauſis, quibus non ingeratur pœna ſanguinis ante prædictum tempus, exceptis bannis datis de maleficio, & fideiuſſoria, vel de maleficio, & fuga: de pœna quarti appoſita in condemnatione non exigenda. *Nulla* pœna quarti appoſita in aliqua condemnatione facta, vel quæ fieret, exigi poſſit, *Quòd* condemnationes pœnales, & onera non fiant, nec imponantur niſi ad monetam paruam tertiolorum. *Nulla* condemnatio pœnalis, quæ fiat ad pecuniam, nec aliud bona fiat, nec imponatur niſi ad monetam paruam tertiolorum, & ſi contrafieret, non valeat, & ſub Rubr. generalis de officio Iudicis ad bona bannitorum, de rebellione, & maleficio. Qualiter bona bannitorum debeant publicari in totum, vel in parte. *Omnia* bona bannitorum, vel qui de cætero bannientur de rebellione communis Mediolani, vel alio maleficio, ex quo bona banniti ſecundum formam ſtatutorum communis Mediolani publicari debeant in toto, vel in parte, perueniãt in commune Mediolani, & ipſo iure in commune Mediolani publicata ſint, & pro publicatis habeantur, videlicet, in totum, ſi in totum debeant eſſe publicata ſecundum formam ipſorum ſtatutorum, & pro parte, ſi pro parte debeant eſſe publicata. De bonis bannitorum inquirendis, & faciendis peruenire in commune Mediolani, *Iudex*, qui deputatus fuerit ad bona talium bannitorum, teneatur, & debeat modis omnibus, quibus melius poterit inquirere, & inquiri facere bona, quæ per tales bannitos tenebantur, & poſſidebantur tempore maleficij perpetrati, & facere ea bona, prout publicata fuerint, peruenire in commune Mediolani. *De* bonis bannitorum manifeſtandis per anciarios, & conſules, Præterito banno, & facta condemnatione ſuper aliquo maleficio, ex quo bona in totum, vel pro parte veniunt publicanda, teneatur ipſe iudex infra menſes duos

mittere

mittere ancianos, conſulibus, & rectoribus, & communibus terrarum, in quorum parochiis, vel terris fuerint bona ipſorum bannitorum, & eos compellere ad manifeſt. & propter ad dandum in ſcriptis bona ipſorum bannitorum, & ea facere peruenire in ipſum commune, niſi quatenus ab alio, vel ab aliis debito iure, vel modo defendantur, ſeu defendi velint, & poſſint, ita tamen quòd facta ſemel inquiſitione prędicta in aliquo burgo, terra, loco, & vniuerſitate non poſſit, nec debeat ipſe iudex vlterius moleſtare, aggrauare, nec inquietare ancianos, rectores, conſules, vel vniuerſitates prædictas ad conſignandum, nec ad dandum ipſa in ſcriptis, cum ſufficiat ſemel eſſe data in ſcriptis, & ſi iudex prædictus reperierit quòd aliquem præ dict. malitiosè defecerit in dando in ſcriptis, & manifeſtando ipſa bona, poſſit, & debeat condemnare, & punire ipſos conſules, ancianos, & officiales, qui in hoc defecerit, vtſ. in lib. 25. tertiolorum pro quolibet ipſorum. *Quòd communia, & vniuerſitates, anciani, conſules, ſeu officiales non grauentur expen. occaſione officii dicti iudicis.* Communia burgorum, locorum, & aliarum vniuerſitatũ, anciani conſules, rectores, ſeu officiales, & homines eorundem non grauentur, nec grauari poſsint, nec debeant aliquibus expenſis per notarios, ſeu officiales, vel ſeruitores, vel aliquos alios occaſione bonorum ſupraſcriptorũ bannitorum, vltra formam ordinamentorum communis Mediolani, & ſi quis ab eis, vel ab aliquo eorum aliquid, vltra prædictam formam petierit, exegerit, vel receperit per ſe, vel ſubmiſſam perſonam, directè, vel per indirectum, puniatur, & condemnetur, vt trabutator ſecundum formã ſtatut. & ordinamentorum communis Mediolani. *De remuneratione, quæ fieri debet notario ſeruitori, occaſione officii dicti iudicis*, ſolutiones fiant, ſeu fieri poſsint videlicet, ſeruitori dicti officii, qui fuerit occaſione dicti officii dicti iudicis, ſecundum taxationem ordinatam in debitis priuatorum, notariis verò dicti officii pro datione in ſcriptis, videlicet pro qualibet pagina eius, quòd dabitur in ſcriptis, ſolidos duos tertiolorum, & pro illo prætio, ſeu ſolutione, teneantur ſcribere comparationem, & præſentationem, & de ipſa copiam dare ſupraſcriptam ipſi

compa-

Digitized by Google

comparenti, vel alii, pro eo ipſo die, vel ſequenti proxima ſi fuerit poſtulatum ſub pœna librarum decem tertiolorum, de bonis bannitorum, regiſtrandis in libro maſtro, & ponendis ad cameram. *Ad* hoc ne fraus poſsit committi in bonis talium bannitorum, teneantur, & debeant notarii dicti iudicis ipſa bona ponere in libro maſtro, & exemplum ipſius libri mittere ſupraſcriptum officio dominorum ſex ad Cameram communis Mediolani, ad hoc ut ratio eorum videri poſsit, ſub pœna librarum decem tertiolorum qualibet vice, & conſeruandi indemne commune Mediolani ipſa occaſione, & quòd in eis libro, ſeu libris non ſcribant, & ſcripta viua non permittant aliqua bona aliàs deffenſa, ſeu licentiata ſub pœna librarum viginti quinque tertiolorum, & refectionis damni, & intereſſe, qui ea occaſione paterentur per aliquam perſonam, commune, collegium, vel vniuerſitatem, & quilibet accuſare poſſit, & notificare, & habeat medietatem dictarum librarum viginti quinque tertiolorum, & alia medietas perueniat in commune Mediolani, & quilibet iudex poſſit de hoc facere executionem. *Quod* dictus Iudex debeat procedere ſummariè dum in diffiniendo ſeruet ius, & ſtatuta, Iudex, qui deputatus fuerit ad bona talium bannitorum, poſſit, & debeat in officio ſuo procedere, & cognoſcere, extra ordinem, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii, dumtamen in diffiniendo ſeruet ius, & ſtatuta communis Mediolani. *De* bonis bannitorum locandis, ſeu inueſtiendis. Ex quo bona talium bannitorum peruenerint in commune Mediolani, teneatur, & debeat ipſe iudex facere, quòd per ſyndicum communis Mediolani locentur ipſa bona, cui, ſeu quibus melius poterint, vt cõditio communis Mediolani fiat melior, & ipſæ inueſtituræ tradantur, & in libris maſtris ſcribantur per notarios dominorum ſex cameræ ibi perpetuò permanſurę, vt ratio eorum videri poſſit, & fraus inde committi non poſſit. De pœna communium fraudantium commune Mediolani in conſignatione bonorum bannitorum. *Quodcunque* commune tàm nobilium, quàm vicinorum, burgi, loci, caſſinæ, vel molendini defraudans commune Mediolani, in conſignationibus conſignando aliter, quàm ſit

rei

tei veritas, puta conſignando zerbum pro campo, vel vinea, vel campum pro vinea, vel conſimilia faciendo, vel aliter conſignando, quàm conſignare debeat, condemnetur in ſoldis quinque tertiolorum pro qualibet pertica, & ad reſtitutionem communi Mediolani damnum inde paſſum. *Quòd* Iudex faciat exigi fructibus bonorum bannitorum. Dictus Iudex teneatur toto ſuo poſſe exigere fructus præceptos ex bonis talium bannitorum, & quicquid debetur communi Mediolani occaſione bannitorum ab his, qui in ipſis bonis nullum ius habere reperiantur, & ea facere peruenire in commune Mediolani. *De* remuneratione notificantis bona bannitorum. liceat cuilibet notificare, & ad notitiam deducere dicti officii, domos, terras, & poſſeſſiones, ficta, bona, & iura, quæ fuiſſent alicuius prædictorum bannitorum, & habeat tertiam partem eius, quod faceret peruenire, vel pronunciatum fuerit per eius notificationem, vel denunciationem debere peruenire in commune Mediolani, & cōmune Mediolani habeat alias duas partes, & quòd dictus Iudex teneatur, & debeat compellerere, & ſuo officio poſſeſſorem ipſarum rerum, qui ſine iuſta cauſa gauiſus eſt ad ſoluendum, & ad dandum communi Mediolani ficta, & redditus illarum rerum, quæ in eum peruenerint pro illo tempore, quo poſſedit poſt bannum datum, & ſi eſſet aliquis, qui notificaret aliquid quod de iure peruenire non deberet in commune Mediolani, quòd puniatur, & condemnetur in libris xxv. tertiolorum qualibet vice, cuius pœnæ medietas ſit paſſi damnum, & alia communis Mediolani. *Quòd* de bonis bannitorum ſiant libri conſignandi ad officium ſuum, & ad cameram communis. Iudex teneatur, & debeat eius ſacramento facere poni infra octo dies ad minus in libris communis Mediolani ad officium ſuum, & ad cameram communis omnes terras, & poſſeſſiones, res, & bona, & iura, quæ conſignabuntur communi Mediolani poſtquàm executio facta fuerit, ſub pœna librarum decem tertiolorum qualibet vice computanda in ſalario eius, & conſeruandi commune Mediolani indemne, & ſi ſcriptis ipſis bonis aliqua deffenſio legitima fiat per aliquem, quòd eatenus quatenus deffenſio talis facta fuerit, debeat ipſe Iudex modo ſimili

do ſimili, & ſub eadem pœna infra tantundem temporis ſpatiũ, ſi requiſitum fuerit, ea facere canzelari de libris, quod ſi non fecerit, teneatur vltra prædicta conſeruare indemnem damnum paſſum. Quòd dictus Iudex faciat peruenire in caneuarios communis Mediolani quicquid exigit pro fictis dict. bonorũ bannitorũ, & faciat fieri duos libros de exacto. Iudex prædictus teneatur ſuo ſacraméto peruenire facere in caneuarios communis Mediolani quicquid exigerit pro fictis dictorum bonorum, vel eorum occaſione, & ſimiliter teneatur habere exemplum exacti continens à quo, & quantitatem, & cauſam, & quòd dominus Iudex habeat duos libros, in quib. p̃dicta ſcribantur, quorũ vnus eſt penes Iudicé, & alius penes caneuerios cõmunis Mediolani, ſub pœna librarum xxv. tertiolorum qualibet vice computanda in ſalario eius, ſine alia condemnatione, & conſeruandi indemne commune Mediolani, & quamlibet perſonam, quæ proinde læderetur. *Quòd* fiant duo exempla de condemnationibus dicti Iudicis. Dictus Iudex omnes condemnationes, quas fecerit, faciat duplicari, ſeu ſcribi in duabus partibus, antequam legantur, & teneantur petere, & ſecum habeat vnum ex caneuariis, quãdo eas legi faciat, & tunc ſtatim dare teneantur dicto caneuario exemplum condemnationum, antequàm legantur, & hoc ſub pœna librarum xxv. tertiolorum qualibet vice computanda in ſalario eius ſine alia condemnatione, & conſeruandi indemne commune Mediolani. *Quòd* debentes talibus bannitis, ſi ſoluerint communi ſint liberati à bannito Debentes aliquid aliqua de cauſa alicui ex talibus bannitis, ſi ſoluerint communi Mediolani, de eo quod commune Mediolani, debuerit habere ipſo iure ſint liberati à dicto bannito creditore ſuo, nec amplius poſſint moleſtari ab aliqua perſona, de eo quòd ſoluerint in communi Mediolani, vt ſupra. Quòd aliquis non poſſit eſſe Iudex, vel notarius dicto officio, niſi elapſis tribus annis. Aliquis; qui fuerit iudex, vel notarius dicto officio non poſsit eſſe ad dictũ officium, vltra annum vnum, & elapſo ipſo anno non poſsit eſſe per ſe, nec per ſubmiſſam perſonam, niſi elapſis tribus annis; *Quòd* nullus alius iuſdicens ſe intromittat de dicto

K officio

officio bonorum rebellium, & bannitorum. Nullus ciuitatis, vel comitatus Mediolani, vel etiam aliunde, nec commune, nec vniuerſitas, audeat, nec præſumat reſpondere occaſione bonorum rebellium communis Mediolani, vel bannitorum, quorum bona publicata ſunt, vel publicari debeant coram aliquo Iudice, quàm coram eo, qui deputatus fuerit pro communi Mediolani ad dictum officium rebellium, & bannitorum commune Mediolani vt ſup. & quòd omnis proceſſus, qui fuerit ipſorum bonorum contra aliquam perſonam, commune, vel vniuerſitatem, ciuitatis, comitatus Mediolani, vel aliude per alium Iudicem, quàm per illum, qui deputatus fuerit per commune Mediolani, vt ſupra ipſo iure nullius ſit momenti, nec poſſit per aliquem Iudicem mandari executioni, per prædicta tamen non derogetur, nec derogam eſſe intelligatur in aliquo officio Poteſtatis, nec exactoris aueris, communis Mediolani. *Quòd* prædicta ſtatuta non vendicent ſibi locum in eis, qui venerunt, vel venient ad mandata communia. Prædicta ſtatuta, nec aliquod eorum non vendicent ſibi locum in illis bannitis, qui venerunt, vel venient ad mandata communis Mediolani, nec in hæredibus eorum nec alicuius eorum bannitorũ, qui ſunt, aut erunt ad mãdata communis Mediolani. *Quòd* ſuſpenſio banni, & cõdemnationis habeatur pro abolitione, & cancellatione, durante tempore in ea contento.

Suſpenſio banniti, vel condemnati, ſeu banni, vel condemnationis tam hactenus facta, quàm in futurum facienda habeatur pro abolitione, & cancellatione banni, & cõdemnationis, quoad omnem effectum iuris, durante tempore in ſuſpenſione contento, non obſtantibus aliquibus cridis, ſtatutis, prouiſionibus, vel reformationibus in contrarium hactenus factis, vel in futurum fiendis. Ex conſtitutionibus hæc etiam cauta ſunt. *Exequutio* autem omnium bonorum confiſcatorum, vel vacantium ad ipſum Magiſtratum etiam pertinet, iſque modus ſeruandus erit, quod iuſdicens illius ciuitatis loci, in cuius territorio crimen commiſſum eſt, vel bona vacantia erunt, poſtquàm commiſſi criminis, vel eorum bonorum vacantium notitiã habuerint, teneatur infra biduum mittere notarium male-

leſi-

leſiciorum, qui vna cum notario referendarii illius ciuitatis, & ſyndico fiſcali, in præſentia conſulis, & duorum bonorum virorum, ſi extra ciuitatem fuerit, ſi verò intra ciuitatem in præſentia anciani, vel duorum vicinorum accedam ad loca vbi ſita ſunt bona imputari, vel vacantia, & omnia bona illius imputari, vel hæreditatis vacantis mob. & immob. ac ſe mouentia deſcribant, mobilia cum ſuis qualitatibus, & nominibus, mouentia cum coloribus, & ſignis animalium, & per eorum nomina. immobilia cum ſitu, cohæren. & numero perticarum, exprimendo an culta ſint, vel vineata, prataue, aut inculta, vel nemora vna cum diuerſitate fructuum, ſatorum, & pendentium, ſi extabunt, eaque omnia, & ſingula, ac iura quæcunque, ac nomina debitorum, fructuſque, & redditus, ſiue collectos, ſiue pendentes nomine fiſci appræhendant, eaque omnia bona conſignent conſulibus, vel ancianis, qui ſe obligent, & huius ſanctionis virtute obligati eſſe intelligantur bona ipſa accipere, & conſeruare, eaque Queſtor. extraord. quoties ab eis requiſiti fuerint, vna cum fructib. collect. & colligendis reſtituere, & conſignare. §. & item fructus pendentes temporibus debitis colligere impenſis tamen fructuum: aliàs ex ſuo ære proprio fiſco teneantur. §. per has tamen appræhenſiones, & deſcriptiones ſancitum eſt reo, nec ius haben. in bonis, quæ tamquàm vacantia deſcripta erunt, nullum afferri præiudicium, tam iure dominii, quàm poſſeſsionis, niſi ita demum condemnatio, vel declaratio ſequuta fuerit, &c. His peractis iuſdicens & referendarius collatis deſcriptionibus, & appræhenſionibus p ſuos notarios, modo præmiſſo factis intra 10. dies duplum authenticum magiſtratui tranſmittant, qui ſi ſecus fecerint, pœna erit amiſſionis ſalarii trium menſium. §. ſi verò bona non fuerint in iuriſdictione, in qua commiſſum eſt delictum, ſed in alia etiam feudatariorum, & donatariorum, modo tamen agatur de bonis ad fiſcum Principis pertinentibus, iuſdicens ille intra quatuor dies litteris ſuis moneat Prætorem, & Referēdarium ciuitatis, in cuius iuriſdictione ſita ſunt, vel ſaltem Prętorem illius loci, in cuius ſita ſunt bona, vt nomine fiſci dictas deſcriptionem, & appræhenſionem faciant, & intra quatriduū

magiſtratũ certiorem reddãt. § Hi ita moniti præ dicta executioni mãdare neceſſe habent,& intra decẽ dies magiſtratui cedulã appræhenſionis,& deſcriptionis ꝑ notarium ſubſignatam tranſmittere aliàs pœnã aureorũ quinquaginta fiſco applic. incurrant. §. In capitaneatus iuſtitiæ officio, & prætura Mediolani, cum notario Capitanei, vel Prætoris ad prædict. exequẽda sẽper erit notarius Magiſtr. ſed hactenus de his cõdemnationib. cõtumacialib.

✠ Clar. q. 45

Si verò reus cõparuerit ſpontè, vel captus fuerit, vel miſerit procuratorẽ ad illũ defendendũ, in caſibus tamen permiſsis, de quibus ſupra, tũc videndũ erit, an neceſſe ſit examinare reum corã, vel ſolũ audire ipſum in ſcriptis præſtita fideiuſsione de ſtãdo, & parẽdo iuri, & iudicato ſoluẽdo. In quo cõſiderare debes, ꝙ ſi delictum ſit tale, per quod ingeratur pœna capitalis, vel corporalis, vel alternatiua, uel relegatio, tunc recipitur eius nomen inter reos. i. debet examinari corã à Iudice, & tenetur reſpondere, ſi à ſuo iudice, & ſeruato debito iuris ordine interrogetur: vbi verò agatur de pœna pecuniaria tantùm, tũc nõ examinatur, ſed admittitur eius reſpõſio inquiſitioni extra carceres, mediãte fideiuſſione de ſtãdo, & parẽdo iuri, & iudicato ſoluẽdo. & de hac primò videbimus mox de modo examinãdi reũ. Itaq; reus, ſeu eius legitimus procurator in termino, vel inquiſitionis, vel perẽptorii reſpondebit ea, q̃ melius deſeruiẽt intẽtioni ſuæ ad elidendã intentionẽ actoris fondãdo ſe vel ſuper nullitate proceſſus defectu illegitimi accuſatoris, vel iudicii, vel nullitate defectu iuriſdictionis, vel iniquitate actionis, ꝙ n. attinet ad illegitimitatẽ actoris non omnes poſſunt accuſare alii ꝓpter dignitatẽ, vt clericus ſi ingeratur pœna ſanguinis, & ſi ingeritur, debet ꝓteſtari ꝙ nõ vult agere ad pœnã corporalẽ, ſecus efficeretur irregularis. itẽ miles, ſed milites noſtri tẽporis indiſtinctè admittũtur. Alii propter defectũ cõcernẽtem ſtatũ ꝑſonæ, puta filius familias, vel ſeruus (licet in aliquibus caſibus admittãtur) ſine patris cõſenſu, eſto ꝙ nũc id nõ ſeruetur, nã video filiũfamiliàs accuſare, & accuſari ſine cõſenſu patris, & ſuper eius querela ꝓcedi maximè in publico crimine. Alii proper defectũ ætatis, nã minor ann. 14. indiſtinctè nõ poteſt accuſare, de iure verò minor 25. annis, niſi ſuã, vel ſuorũ iniuriã ꝓſequatur. Alii propter defectũ ſexus,

Nauarra.

Ex decre. Sen. 10 *Iul.* 1570 *cauetur querelatũ non poſſe querelare querelãtẽ quod declarat Cl. q.* 14.

xus, vti mulier. Alii propter indignitaté perſonæ, vt ſunt infamis, damnatus, & huiuſmodi, Aut propter defectũ fidei, quia. ſ. lex de tali plenè nõ cõfidit, vt inimicus, & pauper. Alii propter reuerẽtiã, ad quã obligati ſunt verſus aliqué, vt in ſeruo, liberto, aut vaſallo cõtra dominos ſuos. Alii propter amoré, ad qué obligãtur, puta maritus verſus vxoré, aut frater verſus fratré, quæ qualiter procedãt, ſatis tangit practicorũ practicus. ſ. III. Clarus qui ait hoc pro reſoluto haberi. ſ. quòd omnes illi, qui regulariter à iure prohibiti ſunt accuſare, admittuntur nihilominus indiſtinctè ad accuſandum, ſi ſuã, vel ſuorũ iniuriam proſequãtur, declarãdo quòd appellatione ſuorũ veniũt parentes, & deſcendẽtes omnes. Itẽ patroni, & patronæ, & eorũ, liberi, frater, ſoror, vxor, ſocer, ſocerus, gener, nurus, vitricus, nouerca, & priuignus, & qui alibi * quærit ſi ſint multi, qui velint accuſare, quibus de iure etiã ſpectet ius accuſandi, quis eorum ſit præferẽdus accuſando, vbi dicit quòd ille, qui proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam, præfertur extraneo accuſare volenti. Inter eos verò qui proſequũtur ſuã, vel ſuorũ iniuriã, proximior pfertur: ſi omnes ſunt in pari gradu oẽs ſimul admittũtur, ſed tũc erit arbitrii iudicis eligere magis idoneum, & prodeſt reo allegare hæc impedimẽta, quia licet iudex poſsit, ac debeat ex officio ſuo, & nemine petẽte repellere accuſatoré nõ legitimũ, ne accaſatus fruſtra fatigetur, idq; quãdo accuſator ex culpa, vel defectu ſuo repellitur ab accuſando, & id iudici notũ eſt, quia in his, q̃ ſibi, vt iudici nota ſunt, poteſt iudex pcedere ex officio, & cõſequẽter pcedere exceptiones, quas ipſi parti opponere non liceret. tamen plenius ſuccurrit officiũ iudicis imploratũ, nã aliquãdo ſi aliqua perſona ex his, q̃ de iure accuſare phibetur, aliqué accuſauerit, & nõ fuerit contra eã oppoſitũ, talis pceſſus ſuſtinebit, & valebit parte nõ opponẽte, ſibi. n. imputare debet accuſatus q exceptioné ſibi cõpetentẽ nõ ppoſuit. ſed nũc hęc exceptio nullitatis nõ videt̃ ſuffragari qa ferè in quocũq; crimine cõſueuerũt iudices p inquiſitioné pcedere. Qui ẽt ſucceſſiuè * q̃rit q̃ pſonæ poſſint accuſari, vel nõ, & cõcludẽdo dicit q regulariter omnes de quibuſcunq; delictis accuſari poſſunt, qui ponit an accuſatus de vno crimine, poſsit eodem tẽpore etiã de alio crimine accuſari, &

Cl. q. 15.

quæſt. 15.

quæſt. 16.

Digitized by Google

an accuſatus de vno crimine iterum de eodem crimine accuſari, & ſimiliter bannitus pro vno delicto an poſſit pro alio delicto accuſari, & banniri, & reſoluit, ad quem recurrito.

Quod autem attinet ad illegitimum iudicium, poterit opponere non poſſe procedi criminaliter, ſed tantum ciuiliter, quia res habet originē à contractu qua exceptione propoſita, ſi iudex criminaliter procederet, proceſſus erit ipſo iure, & facto nullus; ſi autem reus non opponeret hanc exceptionem, proceſſus teneret, & ſententia exinde ſequuta, itaq; ſubiicio verba decreti, in quibus caſibus criminaliter procedi non poſſit. *Sciant* Capitaneus iuſtitiæ, & omnes iudices quātūcunq; amplā authoritatē habentes, circonſcriptis omni auctoritate, & arbitrio, ſi quòd haberent vltra ius, eis non licere ſub pœna indignationis Principis contra quempiam procedere per querelam, denunciam, vel accuſationem, nec alio quouis modo pro aliqua re, vel cauſa, ſeu aſſerto delicto, quæ vel quod ſummi poſſit ex negocio, quod originem habuerit à contractu, & ſapiat naturam contractus, & vbi alio modo proceſſum foret is proceſſus pro nullo habeatur, ſitq; nullius efficaciæ, valoris, & momenti. §. hæc tamen ſanctio non compræhendit caſum, vbi uis interuenit, nec etiam vbi doloſè contractus initus reperiatur. §. tenentur quoque iuſdicentes probationes inquiſiti volētis probare rem habere originem a contractu admittere abſque eo quòd ſe in carcerib. conſtituat ipſo tamen fideiubente de fuga nō faciēda, & de ſe conſtituēdo caſu, quo poſtea teneretur ſe conſtituere, ſub pœna arbitrio iuſdicentis imponenda, attenta ſemper rei; & perſonarum qualitate, & aliud decretum ſic diſponit, & quia quandoque ad falſas relationes ſeruitorum, & executorum pro prohibitis executionibus, vel ablatis pignoribus contra inſontes ad inquiſitionem, & quod peius eſt, ad condemnationem iuſdicentes procedunt, ideo ſancitum eſt eos à præmiſsis abſtinere debere, niſi hi ſeruitores, & executores ab officialibus legitimas licentias pignorandi in ſcriptis habeāt, & huiuſcemodi prohibitiones, vel pignorum ablationes factæ fuerint in præſentia conſulis, vel antiani parochiæ, vbi

Vide ſuper hoc Boſſ. & Plo. in interpretatione huius decreti, qui dicit non eſſe compræhēſos conducentes equos, & non reſituētes, qui pariter docet ſaluari à criminalitate & vide ēt decr. Sen. contra conducentes equos, et non reſtituentes.

vbi eorum copia haberi poterit,ſin minus in duorum teſtium iuratorum præſentia, vbi hæc in ciuitate, caſtro, burgo, vel villa, mœnibus circundata acta ſint. §. in uilla mœnibus non circondata, vel loco, aut capſina, quæ conſulem non habeat, ſufficiat vnius teſtis iurati præſentia vltra ſeruitorem, & famulum. §. poceſſus alio modo, quàm præmiſſo facti non valeant. Iudiceſque contrafacientes incidant in pœnam aureorum decem pro quolibet, & qualibet vice fiſco applicandam, & aliam grauiorem arbitrio Principis, vel Senatus. §. conſules, & anciani requiſiti à ſeruitore adeſſe teneantur ſub pœna aureorum trium quoties contrafecerint. Et quia inoleuerat abuſus, quòd anciani, vel conſules loco ſui mittebant, vel vxores, vel filios, vel famulos, & non ſeruabatur diſpoſitio conſtitutionis Senatus ſanciuit non licere, vt ex Senatuſconſulto videri licet ex ſtatutis autem ſub rubrica, quòd non procedatur per officium, nec ſuper accuſa lata de derobatione,ſi docuerit, quòd fecerit ad executionem præcepti iudicis, ſi quis propter aliquam robationem factam fuerit accuſatus, & doceat quandocunque, etiam ante litem conteſtatam, quòd ad executionem præcepti iudicis fecerit id, cuius cauſa fuerit accuſatus, non procedatur ſuper accuſa, nec vlterius occaſione ipſius accuſæ moleſtetur accuſatus, & proceſſus factus contra formam huius ſtatuti non valeat: & idem ſit ſi accuſatus dicat quandocunque etiam ante litem conteſtatam, quòd fecerit id, cuius occaſione accuſatus ſit virtute, & ad exequutionem pactorum in aliquo inſtrumento compræhenſorum in caſibus a iure noſtro municipali non prohibitis, & exceptio præcepti iudicis, vel executionis pactorum in inſtrumento compræhenſorum vt ſupra appoſita, & de qua dictum fuerit vt ſup. contra talem accuſam impediat detentionem perſonæ, & litis conteſtationem, & ante omnia talis exceptio terminetur, & præſumatur, quòd accuſa delata ſit præter ipſam robationem, ſi de eiſdem, ſeu talibus rebus ſit facta relatio in actis iudicis,quòd illæ res debuerint eſſe robatæ de illo menſe, illius anni, de quo in dicta accuſa continetur, & appareat præceptum iudicis, vel pactum per

Hoc decr. eſt de anno 1583.

inſtrumentum publicum, cuius vigore dicta robatio facta fuerit vt ſupra, niſi probetur per accuſantem, quòd fuerit aliud factum, quàm id, de quo facto relatio facta ſit, vel ad quod pactum ſe non extendat, vt ſup. Item habeat locum, ſi in cauſa, caſu prædicto contra aliquem, vel aliquos per officium procedatur. & ſic de aliis huiuſmodi, quorum diſpoſitio non fuerit ſeruata, qui enim ſe fundat ſuper lege, vel ſtatuto, vel decreto, debet, & tenetur punctualiter ſeruare conditionem legis. Quod attinet ad iuriſdictionem hic, non ſubiicio, quia ſatis eſt nota exceptio incōpetentiæ; hic tantùm duxi referre decretum de officio Illuſt. D. Capitanei iuſtitiæ ſic diſponens. *Capitanei*, & eius Vicarii iuriſdictio in cauſis criminalibus erit, (ſi tamen prius præueniant) vbique in dominio cognoſcere hoc modo Mediolani, & circa Mediolanum per decem millia paſſuum in omnibus cauſis §. extra verò eos limites, niſi in cauſis, in quibus ingeritur pœna capitis naturalis, vel confiſcationis bonorum, & in aliis delictis, in quibus per capturam præueniant. §. In cauſis autem damni dati nullo modo, nec in ciuitate Mediolani, nec in aliqua parte dominii ſe intromittere poſſunt. videtur tamen vſu contrarium receptum, nam ferè omnes quærelæ de turbata poſſeſſione, quæ in ſumma reſpicit damnum datum, porriguntur coram Illuſt. Capitaneo, & ſuperinde proceditur, & adde decretum.

Lib. 4. de accu. c. fi. vide decr. Se. 14. Aprilis 1553. & ꝺi Boſſ de foro cōp. nu. 82. & ſeq. vbi multa notabilia dicit.

Si in eadem iuriſdictione duo, vel plures iudices concurrant, contingatq; pro eodemmet delicto per vtrumq; iudicem procedi, ille qui ex ipſis prior proceſſum inchoabitur, ipſum proſequatur, & finiat, alterque interdictum ſit ea de cauſa procedere, quòd ſi ſuper præmiſſis dubium oriatur ad inuicem acta conferant, vt ex eis cognoſci poſſit quis prior proceſſerit, & intelligatur prior proceſſiſſe, qui pimus inquiſitionem tranſmiſerit, quod ſi eadem die concurrant tranſmiſsio, & captura rei præualeat in procedendo iudex capturæ. Volumus tamen quòd in præmiſſis caſibus præferatur ille iudex, qui de grauiori delicto inquirat.

Hinc inoleuit vſus, quòd ſi duo iudices concurrant in procedendo contra aliquem, reus adit Senatum, & petit delega-

delegari aliquē fiſcalē reg. videat ſuper quo ſit procedendū,& ita Sena. mandat ſeu circa hęc vlterius nō immoror.

Quo verò ad iniquitatē actionis, vel eius pręſcriptionem hic non refero, cum congruat opponere habita copia proceſſus,& indiciorum, vt ſuo loco referam.

Venio ad reſponſionem, quę fit inquiſitioni, præmiſſo tempore actus, & pręſentia iudicis. Comparuit R. (ſiue P. procurator R. per inſtrumentum eius procurę rogatū per talem notarium, quod ibidem producit pro legitimatione eius perſonę) ſemper cum reſeruatione, &c. & citra præiudicium, &c. in termino eidem, vt dicitur ſtatuto ad reſpondendū aſſertę inquiſitioni eidem, vt dicitur tranſmiſſæ prætenſi tituli, quod ipſe R. cōparens auſus fuerit (ſubdatur continentia inquiſitionis in ſubſtātialibus) deinde,& prout ſic, vel aliter contineri reperiatur in dicta aſſerta inquiſitione, vt dicitur formata ſub tali die; ad quā relatio habeatur, citra tamen præiudiciū. Qui comparens acceptata dicta inquiſitione in fauorabilibus tantùm, in præiudicialibus dixit, & dicit de nullitate dictæ aſſertæ inquiſitionis,& ſuperinde non poſſe ad vlteriora procedi, niſi in abſoluendum ipſum R. ab ea,& cōtentis in ea, prout ita de iure fieri debet pluribus rationibus, & cauſis ſuis loco,& tēpore,& maximè infraſcr iptis primo quia formata fuit incōgruis loco,& tēpore, itē nō ſeruatis de iure ſeruādis, itē ad aſſertā quęrelā Titii, q. de iure talis eſt,& erat, ꝙ non habet ius quęrelādi dictū R. pro eo aſſerto delicto, pro quo inquiritur, tam ex eo, quia delictum illud eſt priuatum,& ad commodum, ac vindictam priuatam tendēs, ipſe verò T. nec ſuam, nec ſuorum iniuriam proſequitur, item & quia eſt, & erat infamis infamia iuris, & facti, vt ex actis publicis patet,& ſic de aliis, & vt in facto, item,& non conſtito de aſſertis expoſitis, & narratis in ea aſſerta inquiſitione, & vbi conſtet, quod non credit, dicit aſſerta indicia, ſi quæ ſunt, peruenire à perſonis maledicis, infamibus, inimicis, & ſuſpectis, ac vilibus, & corruptis pecunia, prout ſuis loco, & tempore demonſtrabit, petiitque,& petit ſibi dari copiam dictorum aſſertorum indiciorum, cū debito,& competenti termino ad ea impugnandum,& elidēdum,& ſuas defenſiones faciendū,

item

item, & quia dicta inquiſitio fuit, & eſt incerta, inepta, vaga, & obſcura, ac generalis, & confuſa, & demum talis, cui de iure non fuit, nec eſt reſpondendum; nihilominus vbi, & quatenus mereatur reſponſionem, & non aliter, nec alio modo, ita quòd eo caſu præſens reſponſio pro non data, nec facta habeatur, reſpondet narrata prout in ea narrantur vere non fuiſſe, nec eſſe. Quibus attentis petijt ſe in pace dimitti, & querelantem vti calumnioſum condemnari in duplicatis expenſis, aliter proteſtatur &c. & vbi, & quatenus expediat, promittit de ſtando, & patendo iuri, & iudicato ſoluendo: & ita eius præcibus, & inſtantia fideiuſſit &c. extende actum fideiuſſionis, vt actuario practicæ ciuilis, & infra dicam. Si autem vellet lucrari medietatem pœnæ pecuniariæ, fatebitur delictum, & fatendo delictum non erit opus proponere aliquas exceptiones contra inquiſitionem, nec indicia, ſed poſt illa verba ad quam relatio habeatur dicet, & volens dictus R. inquiſitus gaudere beneficio ſtatutorum Mediolani, reſpondet fatendo verùm eſſe, quòd inſultum fecit contra dictum T. atque ideo depoſuit, & deponit penès N. præſentem libras tot tert. pro pœna danda communi Mediolani, & tot pro dando parti. nam ſtatutum ſic diſponit. *Si quis* ſpontè confeſſus fuerit crimen tempore, quo reſpondet accuſationi, vel inquiſitioni, vel infra tres dies à die litis conteſtationis, puniatur tantùm in medietate eius, in quo aliàs puniri deberet ſecundum formam præſentium ſtatutorum, quod locum habeat tantùm in pœnis pecuniarijs.

Facta iſta reſponſ. dicitur receptum nomē rei inter reos.

✠

An reſpectu condemnationum pecuniariarum, quæ ſequerentur non ex diſpoſitione ſtatutorum, ſed vel ex no. conſt. vel ex proclamationibus, lucraretur fatendo medietatem, teneo, quòd non ex verbiſmet ſtatuti ibi ſecundum formam præſentium ſtatutorum: quod admonui, ne quis inconſideratè ſe ipſum condemnaret, & in caſu ſtatuti cōſulo melius eſſe fateri delictum, quàm falſo negare, quia minores impenſas faciet, quàm ſi vellet ſe defendere, quid ſit exinde agendum poſt factam hanc reſponſionem, inferius poſt examen rei, facta iſta comparitione, & data fideiuſſione fiet per curiam monitio generalis in forma, de quo dicam infra.

Secundo

Digitized by Google

Secundo verò caſu, quando reus eſt præſens examinandus etiam ſi fuit captus, neque fideiuſſit de ſe conſignando, tunc debet præmittere eius comparitionem proponendo exceptiones generales contra inquiſitionem vtſup. dictum fuit, & poſt illa verba, & faciendum ſuas defenſiones, addet iſta verba: quia intendit ea elidere, & purgare aliter, quàm per viam quæſtionum, & tormentorum (hac comparitione præuentoria attenta non poterit regulariter torqueri, niſi in diffinitiua) & in reliquis reſpondere poterit vtſup dictum eſt petendo ſe in pace dimitti, & partem aduerſam condemnari, vel ſaltem relaxari præſtita fideiuſſ. de ſtando, & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, vel de ſe cõſignando toties, quoties. ſi autem iam fideiuſſiſſet de ſe conſignando faciet eius comparitionem in hunc, qui ſequitur modum, comparet R. ſemper cum reſeruatione &c. cauſa fideiuſſionis per eum datæ de ſe conſignando, & ſtando mandatis pręſ. mag. domini iudices, de qua in actis, atque ideo perſonaliter ſe conſtituit in fortiis præſ. domini Iudicis, offerens ſtare eius mandatis. petiitquè in pace dimitti cum non deliquerit, ſed ſit vir probus, & quietus, & neminem ſolitus offendere dicto, nec facto, vti decet quemlibet pium chriſtianum, & vbi de aliquo ſit imp:ctus, petit ſibi edi copiam talis aſſerti criminis obiecti cum aſſertis indicijs aſſumptis cum competenti termino ad ſuas faciendum defenſiones, quia ea aſſerta indicia intendit elidere, & purgare aliter, quàm per quæſtiones, & tormenta, & ex nunc ſaluo iure latius opponendi dicit tale aſſertum delictum fuit iniuſtè, & iniquè, ac falſo confictum, & machinatum per emulos ipſius R. mero liuore, & inuidia, & ex odio, aſſertaquè pariter incidia peruenire à perſonis maleuolis, ſuſpectis, inimicis, infamibus, & vilibus, quibus de iure non eſt credendum in iudicio, nec extra; & vbi opus ſit aliquo examine, de eo fiendo, quòd quamprimum fiat, & eo facto relaxetur è carcerib. ſaltem fideiuſſori, quẽ offert, aliter &c.

Car. circa quintũ n. 3. & 0. fo. mihi 78. Boſſ. tit de cõf. num. 16. & titu de ind & cõſid. ante tort. num. 74 & ſequen. cl q. 49. verſi. ſed nunquid, & q. 64. verſi ſed quid ſi ille Plot in l. ſi quando n. 636.

Aliquando contingit citari bannitum pro alio delicto, qui ſecurè comparere nequit, cautela tunc eſt, vt aliquis compareat coram Iudice vt det ſaluum conductum, ſiue fidantiam, quia eam etiam Iudex dare poteſt: ſecundum do-

Bart in l. is, qui reus. ff de pub iud. Boſſ titu. de ci n 7. tit de ve. ex tit. cõcl. 1. nu. 60. Iod c. 27.

cto,

ſto, vel vt practica inoleuit habetur recurſus ad Senatum, qui nunc non ſe difficilem facit, vt apparuit per ordines, edictos de anno 1580.

Alius eſt ſaluus conductus, & iſte eſt pro non delatis, neque indiciatis, qui ſolũ conceditur à Senatu, & ab vtroque Senatus ſe abſtinet ſi vocatus ſit obſtrictus fideiuſſori ante condemnationem, poſt verò ſic. Si publicatu eſſet nomen actoris, poſſes citare eum, ac fiſcum ad videndum fieri perſonalem tuam conſtitutionem, & ſi publicatum nõ eſſet nomen querelantis, quòd citares fiſcum, nam eius nomen ſemper eſt publicatum, & ſic ad omnia alia præiudicialia, puta ad relaxationem ad defenſiones, ad relationem, & ſic ad alia præiudicialia. Nam conſtitutio ſic diſponit. § Proceſſuſque factus, & finitus etiam per ſententiam non citatis offenſis, & Mediolani ſaltem vno ex aduocatis, & alio ex ſyndicis, & in alijs ciuitatibus, & oppidis Fiſcalibus ibi deputatis, ſint nullius valoris, & momenti ipſo iure, & facto, quo ad præiudicium fiſci, & quorum intereſt. §. Denuoque poſſit procedi, & cognoſci de eo crimine, delicto, vel exceſſu, ac ſi nulla ſententia abſolutoria lata eſſet, & alibi ſic diſponunt. Eo amplius iuſdicentes illud ſeruare habent, vt in huiuſcemodi proceſſibus faciendis ad omnia, & ſingula acta præiudicialia etiã ante inquiſitionem formandam, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè citari faciant iniuriam paſſum, aut eius heredes, vel ſucceſſores, perſonaliter, vel ad eorum ſolitam habitationem, ſi in ciuitate, vel diſtrictu habitare ſoliti ſint, & vbi ſolent ex forma ſtatutorum citari, nec non etiã Procuratorem Fiſcalem perſonaliter, vel ad domum habitationis ſolitæ, vbi adſit idque ſeruetur, ſiue procedatur ad denunciam, querelam, vel accuſationem, aut inquiſitionem etiam ex mero officio, ad hoc, vt Procuratores, Fiſcales, & offenſi, vel eorum hæredes vt ſup. aſſiſtant in probationibus faciendis, & informationibus dandis. Et per ordines Senatus Excellentiſſimi diſpoſitum fuit quòd in proceſſibus per Fiſcales hebdomadarios cæptis, alii Fiſcales non ſe intromittant, niſi interueniente illo, qui primò in proceſſu interuenit, ſi adeſſe poterit legitimo impedimento non detentus, nec poterunt Fiſcales, quibus interuenienti-

lib. 1. c. cu rabant fiſ. tit. de adu. & ſynd. fiſ.

lib. 4. de accuſ.

Diei 26. Nou. 1561

uenientibus proceſſus cępi erunt, ſuſpecti allegari ad effe-
ctum, vt alius ſurrogetur niſi ex ordine Senatus fiat, ad quē recurſum habere poterunt, ſi qui ſe grauatos ſentiūt. Quòd ſi propter infirmitatem, vel alia vrgenti cauſa vtſup. proceſſibus, quibus interuenire cęperint, Fiſcales incumbere non poſſent, alius interueniat, qui omnia vt ſ. ordinatum eſt perfici curabit. Et multa eſſent dicenda de mag. Fiſcalibus, ſed non ad præſens; eorum.n. officium latiſſimum eſt, & confinibus non videtur diſtrictum, & terminatum.

Conſtituto reo, ſiue ſpontè, ſiue coactè .i. capto, tunc eſt examinandus ſuper delicto, de quo agitur, & licet ſufficeret reſponſio illa generalis. quæ fit per reum inquiſitioni; negat. ſ. narrata prout narrantur, eſſe vera, quia ex tali reſponſione dicitur conteſtatam eſſe litem, & nomen rei eſſe receptum inter reos, tamen Iudices non contentantur ea reſponſione, ſed volunt coram reum interrogare, & primò incipiunt à remotis, mox à proximis argumentis delicto coherentibus ad finem dumtaxat veritatis indagandæ, non autem, vt inuoluant reum, & inducant ad confitendum delictum, & Iudex in examine ita ſe agere debet, ne reo auferat defenſiones, qđ diabolicum eſt, nō debet tñ omittere debitã diligentiã inueſtigandi delicti, q̃ inueſtigatio reſultat ex modo geſtus corporis, vel loquellę rei, nã trepidatio, inconſtantia, variatio, pauor, & balbutio aggrauant reũ etiam ad torturã, & tunc maximè quando interrogati de eo, quod veriſimiliter ſcire, & reminiſci poſſunt, nolunt reſpondere negatiuè, vel affirmatiuè, ſed per verbum non recordor, vel credo, vel amphibologicè, vt percipere nequeas quo nam tendat illius reſponſio: & tūc vrgens reſultat prēſumptio contra illum, nam (teſte Cic.) trepidatio conſcientię eſt indicium, non memorię vitium, & tunc iuſſi clarius, & apertius reſpondere, recuſant tunc poterunt torqueri nō ſu p delicto, ſed ſuper eo, q̄ tĩdeant, puta ſi interrogatus reus vbi fuerit nocte immediatè p̄cedē ti, & reſpondeat, vel neſcire, vel non recordari, cum veriſimiliter poſſit recordari, mendax eſt, & poterit torqueri. Rurſus ſi iterrogatus nolet rñdere, poterit illi fieri p̄ceptũ pœnale pecuniariũ, vt reſpōdeat, & ſi adhuc perſeuerabit, pote-

Vide Do. Zau num. 74. & alibi.

D. Cl. q 45. & D. Zau num. 167.

Cl. q 45.

Boſſ. num. 4. tit. de reſp. a reo facien.

Myl. ac Cl. q. 45. verſ. ſed pona.

poterit condemnari, & condemnatione facta, poterit torqueri catenus, quatenus non reſponderit. E contra multum eum iuuabit, ſi opportunè, audacter reſpondebit non autem trepidè, ſiue intempeſtiuè .i. poſt moram, & timicè. illud enim argüit innocentiam, hoc autem culpam, niſi in certa qualitate perſonarum, quæ ſunt natura timidi, & inconſtantes, vt in ruſticis ſanctis .i. ſimplicibus, qui non nouerunt niſi ligonem, & aratra, in pueris, & mulieribus licet mulieres aliquando ſint calidæ, & lachrymis inſtruere ſoleant inſidias, iuxta illud ſapientis cōſilium. Inſtruit inſidias lachrymis dum fœmina plorat. ſed Iudex occulatus bene animaduertit cū dolosè quis ſe habeat illud poetæ dictum. Heu quàm difficilè eſt crimen prodere vultu: quia conſcientia mille teſtes, iuxta illud, quod S. Gregorius in omne, quod dicimus ſemper tacite debemus occurrere ad mentem, & interiorem teſtem, & Iudicem requirere, quid enim prodeſt ſi homines laudant, & conſcientia accuſat, aut quid poterit obeſſe, ſi homines derogent, & ſola conſcientia defendat. Et iuxta pſalmum. Conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina; & Cicero, magna eſt vis conſcientiæ in vtramque partem, vt nihil timeant, qui nihil commiſerunt, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccauerunt.

Homil. 46. ſuper Ezech.

Cauebunt itidem Iudices à modo ſugeſtionis, quod eſt, cum in ſpecies, & non in genere reus interrogatur de delicto v.g. nonne occidiſti Titium; maximè in actu tormentorum, quia ſi reus fateretur ſic ſugeſtus, reuocaretur illius confeſſio, & inualida redderetur, tamquàm ſugeſta à Iudice, niſi præcederent adeo magna indicia, vt pro certo ſciret illum commiſiſſe maleficium. Aduertent etiam ne inducant reos ad confitendum ſpe polticationum, vel impunitatis, vel mœtu tormentorum, quia talis dolus non eſt valde commendatus à pleriſque doctoribus, quia confeſſio ſic dolo elicita non valet, & poteſt retractari, licet aliqui contrarium ſentiant. his ſic præmiſſis ſubijcio modum ſcribendi examen rei 1586. die   menſis   coram tali iudicij, ſi ſpontè comparuit dicitur ſpontè conſtitutus, ſi autem captus ſic conſtitutus N. f. q. N.P.P. cui delatum fuit iuramentum veritatis dicent.

Boſſ. nu. 12. & 13. de exam. reorum.

Boſſ n. 16. & 17 viſ. Cl q. 45. viſu.

Inter-

Interrogatus cur ſpontè ſe conſtituerit, vel cur detentus fuerit, vel ſi ſciat, aut ſuſpicari poſſit cauſam eius detentionis. Reſpondit, vt acciderit, & dato reſponſo appertа eſt iudici via ad vlteriora procedendi, & interrogandi reum, nec modo refero quæ, & qualia interrogatoria inductiua ad factum ſint facienda, quia.i. arbitrii, & prudentię Iudicis ſagittam mittere ad ſignum. poſtquè monitionem, & reſponſionem factam conſignatur reus cuſtodi cũ monitione generali, quæ monitio idem importat, quòd reus per eam citatur ad omnes, & ſingulos actus proceſſus: cum alicer poſt conteſtatam litem.i. poſt factam reſponſionem à reo (nam tunc dicitur nomen rei acceptum inter reos) deberet citari ad ſingulos actus faciendos.

Boſ. titu. de ſen. n. 13. Cla. q. 45. verſi. facta aut. Folerius. Bart. in §. neglexerit ad rep. nu. 5.

Aliquando reus venit torquendus ante editam copiam indiciorum; quòd poteſt multipliciter contingere, vel ex immanitate criminis, vt læſæ M. diuinæ, & humanæ, vel in aliis, & tunc tortus ſi aliquid de nouo fatetur, debet ex poſt illam confeſſionem in tortura factam, ratificare extra tormenta ſaltem altera die, & nõ ſtatim, quia ſi ſtatim, ac depoſitus fuit, ratificare, diceretur durare adhuc mœtus, & ſi perſeuerat in ea confeſſione, non reiteratur: ſi verò reuocat eam, iterum repetitur tortura ſemel, & bis, quoties variauerit, ſed vltra res vices non deberet torqueri, niſi noua ſuperuenirent indicia. Et tunc ſtandum eſt cõfeſſioni vltimo loco factæ in tormentis. ſi autem reus ſpõtè confitetur delictum, tunc non torquetur in ſe, niſi ſit torquendus de complicibus, & vicibus, vt in furibus, aſſaſſinis, & fraudibus bladorum, qui ſepius delinquunt, & tũc ſi ſpontè grauant ſocium, torquentur ad purgandum infamiam, & perſeuerantes non ratificant talem confeſſionem: ſi autem in tortura de nouo confitentur tam contra ſe quã ſocios, tunc debent illam confeſſionem ratificare extra tormenta, ad hoc, vt valeat veſ. & aduertet Iudex, quòd ſi torquendus ſit conuictus, vel confeſſus, vt illum torqueri faciat ſine pręiudicio confeſſi, vel conuicti.

Foler. Boſ. in torr. ſeſt. Clar. qu. 64. Iod. c. 35. D. Za. nu 46. D. Menoc l. 1 de præſump qu. 89. Iod. c. 38. nu. 2.

Adſunt tamen aliquę perſonę, quę torqueri nõ poſſunt niſi in caſibus lęſę M. proditionis patrię, ciuitatum, aut principum, ſymoniæ, maleficii, item falſi, & priuati carceris videlicet. Doctores poſiti in dignitate quales ſunt

Cla. q. 64. ve. quæro an doctores. Iod c.

equites

equites aureati, feudatarii, vt Duces, Marchiones, & comites, ſecus ſimplices feudatarii, officiarii. i. Senatores Principis Capitanei exercitus, Rectores ciuitatum, hiſq; ſimiles durante eorum officiorum tempore, niſi pro geſtis ante ſuſceptum officium ſecundum Gand. nu. 9. Pueri minores ann. 14. qui tñ virgis, & ferulis cęduntur, ſenes decrepiti mulieres grauidę, & de pauco tempore, puta xx. dierum impregnatę, ſiue à ſuo viro, ſiue ab adultero, donec enixę partum validiores effectæ ſint .i. poſt 40. dies, idem in mulieribus lactantibus,* quo in caſu prædictæ perſonæ potuerunt terreri ſub ecculeo, adeo quòd ſi hæ perſonæ torquerentur, & confiterentur eorum confeſſio non valeret.

Et priuſquàm torqueatur, debet conſtare de delicto in omnem euentum, & quod delictū ſit tale, pro quo quis de iure ſit torquendus videlicet, quod pro eo ingeratur pœna corporalis,* ita quod confeſsio facta in tortura ſine indiciis vllo indicio non valet etiam iurata, & ratificata,* & tortura erit adhibenda pro modo indiciorum, ita vt ſi adfuerit vnus tantùm teſtis de viſu, qui non ſit integer, vel ſi adſint duo teſtes ſingulares deponentes de indiciis remotis, vel huiuſmodi poterit reus terreri ſub ecculeo, vel interrogari in tormentis, hoc eſt eleuari, & in ſuſpenſo teneri per aliquod notabile tempus ſpacium arbitrio iudicis. Quando autem pręcedit vnum indicium ſufficiens ad torturam, & legitimę probatum, tunc poterit plenè torqueri .i. ſquaſſari ſemel, vel bis ad ſummum, ſi verò plura eſſent indicia, & vrgentia, non tamen conuincentia, tunc ſolet torqueri interpolatis diebus, ſeu vicib. Hinc gradus torturæ ſecundum doctores ſunt quinq; vid. minæ de torquendo, ſecundus conductio ad locum torturæ, tertius ſpoliatio, & ligatura, quartus eleuatio in ecculeo, quintus ſquaſſatio, licet ad tres poſſint reduci videl. in primo gradu minæ de torquendo, conductio ad locum torturæ, ſpoliatio, & ligatura, niſi eſſet ligatura multum atrox, & cum taxillis, in ſecundo gradu eleuatio in ecculeo, in tertio ſquaſſatio, & bene videndum erit quomodo diſponat lex circa quæſtiones inferendas, nam ſi Princeps mandat quem in tormentis interrogandum, tunc

eleuabi-

41. nu. 1. & Gam. nu. 9. Boſſ. de regalib nu. 9. Fol. nu. 20. fo. 290. Cl. vt ſup. ver. non etiam. Fol. c. 41. nu. 4. F. n. 75 fo. 120. Car f 72. tit. nu. 34. 35. Cl. vt ſ. ver quæ vero nō quid. Ca f. 73. num. 42. Boſſ tit. de inu conſ ante tort. nu. 120. Cl q 64. ver. debet autē, & præterea. Car f. 74. ver. ſed quæro. Mar. in §. quoniā n. 42. Boſſ. de cō feſſ per tor. nu. 6. & 7.

eleuabitur in ecculeo in ſuſpenſo à terra arbitrio Iudicis, & tenebitur in ſuſpenſo per aliquod notabile ſpatium, puta vel quartum, vel medium quartum horæ. ſi aũt mandabit torqueri. tunc ſquaſſatur ſemel, ſi dicat bene, vel acriter, ſquaſſabitur bis. ſi interpolatis vicib. tunc vna vice afficietur duobus ictibus funis, & altera vice, altero die, vno, ac medio: ſi autem dicat vſque ad mortem excluſiuè, tunc non ſeruatur modus. *Menoc. q. 89. l. 1. Cl. q. 64 ver. nunc.*

Statuta autem de tortura ſic diſponunt videlicet. *Nullus* ſubiiciatur tormentis, ſeu quæſtionibus, niſi fuerit infamatus de crimine, quod obiicitur, & indicia præcedant. quo caſu poſſit ſubiici tormentis, ſeu quæſtionibus in caſibus infraſcriptis vid. In crimine hæreſis, ſodomiæ, turbationis pacifici ſtatus Domini noſtri, ſeu ciuitatis Mediolani, crimine homicidii, aſſaſſinanti, adulterii, ſeu ſtupri, venefici, priuari carceris, falſitatis, ſcachi, ſeu robariæ, furti, incendii, redemptionis, traburationis, vel in caſu quo aliquis fuerit deprehenſus cũ furto, vel gariboldellis, vel aliis inſtrumentis aptis ad furtum faciendum, vel ſi ſit camplor, vel mercator fugitiuus, vel ſi fuerit præſtans ſcienter auxilium, & conſilium campſorib. vel mercatorib. ad fugam facien. & generaliter in quocunque crimine, ex quo pœna ſanguinis ingeratur ſecundum formam præſentium ſtatutorum, vel in aliis caſibus, in quibus iure noſtro municipali eſt cautum, & non aliter. De eodem. ✠

Nullus Iuſdicens in ciuitate, vel comitatu Mediolani præterquàm Dominus Mediolani, & eius vicarius, & Dominus Poteſtas, & eius Iudices ad maleficia, poſſit ſubiicere aliquem tormentis, in aliquo caſu, & hoc ſub pœna librarum quingentarum tertiolorum, in quam pœnam incurrat ipſo facto, & quo caſu ſufficiat probatio facta per vnum teſtem fidedignum. De pœna torquentis aliquem. ✠

Quicunque torſerit, ſeu torqueri fecerit, vel tormentauerit, ſeu tormentari fecerit aliquem contra formam ſtatutorum communis Mediolani, puniatur, ſi fuerit Poteſtas in libris quingentis tertiolorum, & quilibet Iudex in libris trecentis tertiolorum qualibet vice, & quòd de fortia cõmunis Mediolani non relaxetur, donec ſoluerit: medietas quarum pœnarũ perueniat in cõmune Mediolani, &

Digitized by Google

alia medietas in tortum, ſeu tormentatum, vel eius hæredes, & ſi contigerit tortum, vel aliter tormentatum mori occaſione torturæ, ſeu tormenti factæ, ſeu facti contra formam prædictorum ſtatutorum, quòd ille, qui eum torqueri fecerit, moriatur, & in prædictis caſibus ſufficiat probatio vnius teſtis fide digni, vt in præcedenti ſtatuto dictum eſt. *Quòd* dictum tormentatum non recipiatur in camera, ſeu loco, vbi ſit curſus, dictum alicuius accuſati, vel contra quem inquiratur, vel alicuius teſtis, vel alicuius alterius perſonæ non recipiatur in camera, ſeu loco, in qua, ſeu quo ſit curſus, niſi in caſibus, in quibus quis torquendus eſſet ſecundum prædictorum formam ſtatutorum communis Mediolani, & ſi contrafactum fuerit contrafaciens; condemnetur in libris vigintiquinque tertiol. qualibet vice.

✠ *Boſſ. n. 4. ti de tort.*

Et ſub rub. qualiter poſſit procedi contra nominatos, vel calumniatos per malefactores *Poteſtas* poſſit procedere contra nominatum, vel calumniatum per illum, qui fuerit condemnatus ad mortem, eſſe, vel fuiſſe ſocium, vel participem illius maleficij, de quo puniatur, vel receptatorem ſcienter rerum robatarum, vel furatarum, pro quibus ipſe puniatur, & hoc ſi nominans in dicto, vel calumnia, vſque ad horam vltimi ſupplicij perſeuerauerit, & nominatus videbitur ipſi D. Poteſtati ſuſpectus. Et notarius teneatur ſub pœna lib. 25. tertiolorum ipſum condemnatum interrogare ad locum vltimi ſupplicii ſi perſeuerat, & perſeuerare vult in nominatione, ſeu calumniatione, & reſponſione eiuſdem, ſiue negatiua, ſiue affirmatiua, & prout fuerit, in publicum inſtrumentum redigere, & ponere in fine proceſſus ipſis condemnati in libro maleficiorum, ſed hoc receſſit ab aula curiarum: & Senatus, ne retardetur executio ſententiæ vnius ob complices, decernit illum haberi debere repetito, & pro confrontato cum complicibus.

✠ *Iod c. 20.*

Facta reſponſione per reum .i. lite conteſtata. Tunc Iudex deliberare debet de procedendo ad vlteriora in cauſa pro expeditione proceſſus, & relaxatione rei, nam rei carcere mancipari non poſſunt, niſi ingeratur pœna ſanguinis vt ſup. dixi, & retuli tam ſtatuta quàm no. con-

Meno. de arb. iu. Boſſ tit. de ca fidei commiſ.

ſtito.

Digitized by Google

ſtitutiones, ſed & ſi ingeratur etiam pœna ſanguinis, Iudex habet arbitrium committendi reum fideiuſſori, vel non iuxta qualitatem facti, & perſonarum, & indicia vrgentia reum: & præſuppoſito, quòd ſit in caſu relexationis, facit ordinationem relexatoriam in ſubſtantia hoc modo. Qui præf. mag D. Iudex ſic inſtan. agen. dicti R. re etiam participata in curia ordinauit, & ordinat dictum R. eſſe relaxandum è carcer. in quibus detinetur, præſtita prius per eum fideiuſſione de ſe conſignando in fortiis, & carceribus præf. mag. Iudicis termiuo tot dierum proximè futurorum, abſque alia monitione, vel toties, quoties fuerit vocatus, vel de non recedendo à tali ciuitate, oppido, caſtro, aut palatio ſine licentia Iudicis ſub pœna ſcutorum tot (nam pœna pecuniaria non debet eſſe minor pœna pecuniaria à lege expreſſa, puta in caſu prohibitæ executionis, pœna imponitur ſcutorum 200 ordinario erit facienda pro dicta ſumma, & ſic de reliquis) Reg. Duc. cameræ app. caſu contrauentionis. & hæc omni meliori modo &c. ſubſcribitur à Iudice, & ab vno ex fiſcalibus, qui ille eſſe deberet, qui interfuit proceſſui.

Cl. q. 46. verſ. plerumq D. Zau. n 66 & 232.

Cl. q. 46. ver. plerumq; tenet quod reus valide ſe poſſit obligare, & ſatiſdare, & alios contractus facere, qui verſ. pone dicis quòd talis ſit debet eſſe de loco iudic. Ang. ī gl. ſuper quib. n 13. & Boſſ. in tit. de car. fid. relax. nu. 70.

In executione dictæ ordinationis, præſtatur fideiuſſio hoc modo.

Memoria promiſſionis, obligationis, & ſatiſdationis factæ, & præſtitæ etiam ex cauſa conſtituti, & aliàs omni meliori modo &c. per N. F. q. N. P. P. ibidem præſentem, & in effectu promittentem obligando &c. pignori mihi notario infraſcripto ſtipulanti nomine Reg. Duc. cameræ, quòd cum effectu conſignabit in fortiis, & car. præf. mag. Iudicis dictum R. toties, quoties fuerit requiſitus, (vel certo termino, prout in facto) ſub dicta pœna ſcutorum tot Reg. Duc. cameræ appl. Renuntiando &c. Item renuntiando exceptioni deterioratæ conditionis, & cuiuſcunque alterius ſuperuenturi impedimenti, qualecunque ſit, certificatus &c. & iurauit &c.

Et quia ad cautelam Magiſtratus, & ex ordinibus etiam diſponitur fideiuſſori accedere debere collaudatorem, ſiue comprobatorem, ideò poſt actum fideiuſſionis ſequitur incontinenti, vel ex poſt actus collaudationis hoc modo.

Quem fideiuſſorem collaudauit pro bono pignore pro

Digitized by Google

dicta ſumma D N.f.q.O P.P. ibi præſens, qui caſu quod. N.fideiuſſor non eſt ſoluendo dictam pœnam ſcutorum tot, eueniente caſu promittit ſub obligatione ſui, & bonorum ſuorum &c. pignori vtſup. ſoluere de ſuo, Renuntiando &c. & iurauit &c.

Cl. q. 46. ver. veterum. Et nota tu notari, qui recipis fideiuſſorem,& collaudatorem, quòd ille dicitur regulariter idoneus fideiuſſor, qui poſſidet bona ſtabilia propria in dominio Principis, non autem qui habet multas pecunias in capſa,aut in negotiatione mobili,ad hoc ne tu patiaris aliquam condemnationem, nam certum eſt Magiſtratum, qui recepit fideiuſſorem minus idoneum, teneri actione ſubſidiaria fiſco,* quę etiam extenditur in hæredes ſuos. ſi autem poſtea efficerentur inhabiles,tu in hoc non teneris,quia fiſcus auuocat bona à tertiis poſſeſſoribus.

Inſt. de ſatiſ. tut. vel cur. §. ſciendum aũt eſt & l 1. §. ſciẽdũ & §. exigere. ff. de Magiſt. conuen.

Et fideiuſſor, vel collaudator eſt, qui patitur ſe nominari in actis pro fideiuſſore, vel collaudatore pro maleficio alieno, & non contradicunt incontinenti,licet non dicant expreſſe, aut humeris, aut capite non annuant, ita promitto,& fideiubeo, & collaudo, & ſtatim tenentur, & aliquando etiam obligatio fideiuſſoriæ de maleficio alieno, aut proprio tranſit ad hæredes, quando .ſ. pro tali maleficio promiſit certam pœnam,puta centum, quoniam pœnalis ſtipulatio qualificata tranſit contra hæredem, & hæreditatem iacentem: ſi verò promiſiſſet pro maleficio non adiecta pœna, tunc non tenetur hæres. Hinc aliqui doctores dant hanc cautelam, vt cum agitur de relaxando aliquem reum de delicto, pro quo veniat imponenda pœna corporalis,& non ſit determinata aliqua pęna pecuniaria, Iudex debeat ſpecificare ſummam fideiuſſionis præſtandæ.

Ang. ĩ gl. ſup qb ca. caueat & c. nota ẽt. Boß. ti de carce fid. cõmit. nu. 69.

Boß. eo. n. 77. Cl. q. 46. verſi. ſed quid agendum. Aliquando rei non reperiunt fideiuſſoré ob eorum paupertatem, vel quia neminem notum habent in dominio Principis,& tunc petunt dimitti cautioni iuratoriæ, qua in re Iudex debet aſſumi facere informationes de paupertate,ne in ſyndicatu fortè teneatur, Iudex .n. non tenetur credere ſimplici aſſertioni rei,* ſed aliqui alij doctores dicunt quòd debeant remanere in carceribus, præterquàm in muliere honeſta.

Ang. ĩ gl. per quib. & .quili-

Sed

Digitized by Google

Sed an vnus reus poſſit fideiubere pro alio in crimina- libus. diſtinguunt doctores, quòd in grauioribus delictis criminaliter intentatis non licet vni reo fideiubere pro alio, ſecus in paruis delictis ciuiliter inſtructis, nam in illis reorum bona omnia, & credita conſtituta ſunt in manu fiſci, saluò iure creditorum, quibus ſemper certiſſimum permanet. In illis autem delictis, in quibus non eſt à lege impoſitum conſtitutum bonorum, ſed requiritur ſententia Iudicis, tunc fiſcus non habet bona obligata condemnati, niſi à die condẽnationis citra, ſed alij tenent, quod vnus reus poſſit fideiubere pro alio, quando delictum ſit tale, quando ſit fideiuſſoribus relaxandus, ſi tamen non ſit ſuſpectus. i. quod ſit ſoluendo. *bet eorũ. & in glo. qui iud n 4. 10. & 16. Iod. c. 20. n. 15. Aug igl. pro quib. c. quaero.*

Et ne quid deſideretur circa materiam relaxationis carceratorum, ſubijcio ea, quæ aliqui doctores ſcripſerunt, qui dicunt diſtinguendo, quòd aut ſunt rei criminis, ob quod venit imponenda pœna ordinaria, aut extraordinaria, & arbitraria. Primò caſu. i. quando ordinaria, & determinata, aut eſt pœna corporalis, aut pecuniaria, ſi corporalis non erit fideiuſſoribus relaxandus, imò detinendus, & cuſtodiendus in carcere, quando autem eſt confeſſus delictum, aut legitimæ conuictus non ſolum eſt detinendns, ſed in vincula conijciendus ad ſententiæ definitionem, & executionem: ne relaxatus fideiuſſori fugam arriperet, & illuderet Iudici, & pœnam debitam iuſtitiæ ſuffuraretur iniquè, vnde Iudices aperire debent oculos ſuper illos reos criminum capitalium, contra quos vrgent indicia, qui faciũt la gatta morta, vt relaxetur fideiuſſore, & exinde vadunt cum Diò, nec debent ſemper fidere relationi Medicorum, qui vti miſericordes, & humani condolentes confratris ſui, faciunt pietoſam relationem ad inducendum animum Iudicis ad relaxandum reum: ſed Iudices tunc excuſantur, & phyſici, & reddent rationem Deo, nam pietas humana mitior eſſe non debet lege, nec facienda tunc mala, vt eueniat bona. ſi autem imponenda ſit pœna pecuniaria, & reus confeſſus ſit delictum, aut conuictus, non erit fideiuſſori relaxandus, ſed detinendus, & confeſtim condemnandus, niſi præſtet cautionem de ſoluendo iudicato: ſi verò non *Iod. c. 20. nu. 10.*

Digitized by Google

fuerit confeſſus, ſed negauerit, debet fideiuſſori dimitti de ſe præſentando, & iudicato ſoluendo, tertiò verò caſu, ſi de pœna arbitraria agatur, conſiderandum eſſe qualitatem loci, iudicis, & fori conſuetudinem, & conditionē perſouæ, vnde ſi veriſimile fuerit pęna eſſe corporalem, idme iudicabitur de pęna corporali ordinaria; ſi verò conſtet eſſe pecuniariam, idem ſeruabitur, quòd de pęna pecuniaria ordinaria. Ex prædictis habes, quòd ordinariorum relaxatoriarum, & fideiuſſionum plures ſunt ſpecies, quia aliqua erit de ſtando, & parendo iuri, & iudicato ſoluendo, vt cum de pęna pecuniaria, & intereſſe partis tractatur, alia de ſe repræſentando, & de ſoluendo iudicato, vt cum pęna eſt corporalis, & pecuniaria, vt in caſu conſt. de Iudeis, alia de repræſentando tantùm, vt in pęna corporali, alia de ſe conſignando, vel ſoluendo, vt cum pęna eſt alternatiua, vt in caſu prohibitæ executionis.

Aduertere etiam debent iudices, ne prius reos relaxent, quàm fuerint prius repetiti teſtes, vel fecerint proteſtationem de habendo eos pro repetitis, ne ſubornent teſtes ad offenſam examinatos, nam rei, qui fuerũt examinati, ſciunt bene in quo vrgeantur, & aliquando vident nomina teſtium examinatorum, & exinde ſatagunt per ſe, vel interpoſitam perſonam aliquando prece, aliquaudo precio, & ſæpiſſimè minis, vt teſtes canent palydoniam. i. reuocent eorum depoſitiones, vnde inducunt teſtes ad falſum deponendum, & ipſi ſunt authores eius ſceleris, & ſic fit error peior priore, & nouiſſima ſunt peiora prioribus hominis illius deſpiciamus nunc de actu iſto repetitionis, & confrontationis.

Quotieſcunque igitur reus negauerit delictum, de quo
Cl. q. 11. fuit inquiſitus, vel examinatus, tunc debent repeti teſtes,
45 & 50. & etiam ſi videatur iudici confrontari. nam teſtes prius
Myl ſ mi. examinati non probant, cum ſine partis citatione fuerint
85. nu. 6. recepti, & tũc aduertere debet curia, quòd talis repetitio
& ſeq. debet fieri cum omnibus illis qualitatibus, quæ requirerentur, vbi iſti teſtes repetendi numquàm fuiſſent examinati, & ideo debent de nouo iurare, & ſi ſunt teſtes, quorum dictis de iure non ſit adhibenda fides, niſi cum

tortura,

Digitized by Google

tortura, vtpotè, quòd ſit ſocius criminis, nòn ſufficeret, quòd prius fuiſſet examinatus in tormentis, & quòd de nouo iuraret, ſed opus eſſet etiam, vt de nouo poſt iuramentum poneretur ad tormentum, & perſeueraret in illo, ex quo illa tortura, & omne id quod fuit agitatum ante litis conteſtationem, non habetur in conſideratione quo ad præiudicium ipſius rei comparentis ante condemnationem, poſt enim condemnationem, ſi admiſſus fuit ad no. defenſiones, tunc teſtes non repetunrur, quia habentur pro legitimè citatis in odium eius banniti contumaciæ, & hæc repetitio debet fieri reo citato, qđ ſufficit ſi præceſſerit illa monitio generalis. de qua ſupra dixi. Si autem repeterentur, & confrontarentur cum reo, valerent eorum depoſitiones eo tamen non citato. Reus autem poterit renunciare huic actui repetitionis teſtium per proteſtationem de habendo teſtes pro repetitis, ſaluo iure opponendi tam contra perſonas, quàm dicta, & atteſtationes teſtium, ſed hæc proteſtatio debet fieri, vel per ipſum reum, vel per procuratorem ſpecialem. i. habentem mandatum ad cauſas a dicto reo, & non per cauſidicum cauſæ, vnde ſi tibi portaretur comparitio non per reum, ſed per alium in nomine tamen ipſius rei, qua proteſtaretur habere teſtes pro repetitis: debes accedere ad præſentiam ipſius rei, & legere dictum actum proteſtationis, & certiorare eum de effectu, & virtute talis proteſtationis, & ſi contentabitur, poteris tuta conſcientia redigere in actis talem proteſtationem, talis. n. proteſtatio nil aliud inducit, quàm quod per eam renunciatur ſolénitati iuris introductæ, vt actus factus ſine partis citatione valeant, nec opponet de eorum inualiditate, & ſic quilibet poteſt renunciare fauori ſuo, ſi autem teſtis negaret depoſuiſſe teſtimonium. ideſt non eſſe illum, qui eo nomine fuit ſcriptus, erit facienda recognitio à Magiſtratu, qui eum recepit, & ab ipſomet producente, & per alia argumenta.

Cl. 45. verſic. cæterum.

Cl. q. verſ. ve. ſed in proprio.

Myl.

Quo autem ad actũ confrontationis, tunc licet de iure non ſit ſubſtantialis, tamen relinquitur arbitrio iudicis, niſi in caſu, quo reus expreſſe petat ſe confrontari, nam tunc de equitate non debet denegari confrontatio ad ef-

Cl q. 45. verſ. ſed propo ſitio. Iod. c. 47.

Digitized by Google

dictum D. Iudicem, & interrogatus, vt dicat, ſi ex illis aſtantibus adſit ille, de quo ipſe dixit in eius depoſitione, & bene conſideret, & ſi adſit, tangat illum, vel deſignet manu. Qui cùm oculos in aſtantes direxiſſet, & intuitus eſſet eos ſufficienter, manu deſignando dixit eſſe, qui ſecũdo loco aſtabat indutus talib. veſtibus, & ſubcoloratus, & cum ille eſſet reus, de quo in proceſſu, fuere introducti licentiati, & R. retentus, & miſſus in partem, donec, &c. & ſucceſſiuè lecta fuit depoſitio dicti T. facta ſub die tali, de verbo ad verbum, & ea lecta interrogatus, an ſic dixerit, & vera ſint, & an velit aliud addere, vel diminuere, qui ea aſcultata, reſpondit ſic depoſuiſſe, & vera eſſe, & nolle aliud addere, vel diminuere. Tunc pro confrontatione facienda fuit introductus ſupraſcriptus R. & vtrique delato iuramento &c. & lecta depoſitione dicti teſtis in ea parte, qua grauat ipſum R. interrogatus, an ſic dixerit, & verum ſit, reſpondit verũ eſſe, præſente dicto R. & inficiente depoſita contra eum, cũ tali tempore eſſet in tali loco, prout probabit ſuis loco, & tempore. (& hic poſſunt à reo dari interrogatoria teſti, & reſponſiones) & vtroque perſeuerante fuit teſtis licentiatus. Reus autem conſignatus, & ſic de aliis.

Si autem teſtis in reſpõſione, vel confrontatione palynodiam caneret. i. reuocaret eius depoſitionem in ſubſtãtialibus, puta quòd primò dixiſſet vidiſſe, vel audiuiſſe, vel cognouiſſe, vel quid ſimile aſſertiuè, & repetitus contrarium diceret reuocando prius dictum, tunc eſt interrogandus in tormentis, in quo nam dicto velit perſeuerare. ſed prius erit bene admonendus, vt bene aduertat dicere veritatem, nec conſcientiam ſuam aggrauet, tàm tacendo verum, quàm falſum dicendo. & ſic perſeuerabit, ponetur ad torturam, & poterit ſic concipi. Qua contrarietate, vel qua variatione attenta, fuit iuſſus duci ad locum ecculei, & ibidem ſpoliari, & ligari, & dum ſpoliaretur, & ligaretur, fuit interrogatus, vt dicat in quo nam dicto velit perſeuerare, reſpondit velle perſeuerare in vltimo, tamquàm vero. Interrogatus cur ergo prius contrarium depoſuerit, & an fuerit ab aliquo ſubornatus ad reuocandum eius depoſitionem,

& ad

& ad ſic deponendum, vt nunc dicit. Reſpondit nequaquam fuiſſe ab aliquo ſubornatus. ſed motus a propriæ conſcientiæ ſtimulo, & quando primo depoſuit non erat in propoſito, nec ad factum bene aduertat, cum ex improuiſo fuiſſet examinatus. Tunc iuſſus fuit eleuari in eculeo, & à terra ſic eleuatus per brachia duo, vel circa, & ibidem tentus in ſuſpenſo, fuit interrogatus vt dicat, in quo nam dicto velit perſeuerare, & an fuerit ab aliquo ſubornatus, vel territus. Reſpondit perſeuero in hac mea poſteriori depoſitione, vti vera, & nõ fui ab aliquo ſubornatus, nec territus, ſed quæ priori loco dixi, inconſideratè protuli, & monitus ad benè aduertendum, ne animam ſuam aggrauet, ſed puram veritatem reſpondeat. Reſpondit nec meam conſcientiam aggrauo, & cum ibidem tentus fuiſſet in ſuſpenſo per aliquod notabile temporis ſpacium, & pluries interrogatus, & monitus perſeueraret velle perſeuerare in hoc ſuo vltimo dicto, fuit iuſſus deponi & conſignari cuſtodi carcer. donec &c. & ſic fuit depoſitus, & conſignatus cuſtodi carcerum. Aduerte, quòd non inconſideratè addidi conſignatus cuſtodi carcerum, quia Iudex poterit conſtituere reum hunc teſtem circa eius cõtrarietatem, & variationem, & poterit retinere in car. & dare terminum ad ſe defendendum, & multoties vidi teſtes ſic vacillantes, & contrarios, etiam puniri pœna corporali, imò eos etiam, qui veritatẽ in iudicio recuſaſſent deponere, quod multis argumentis author poſſet probare, ne ſtuderet breuitati operis, & iure quidem merito, nam tam falſus eſt ille teſtis, qui occultat tacendo veritatem, quàm qui ex profeſſo dicit falſum, quinimò talis teſtis tenetur ad omnia damna erga partem damnificatam ex eius dicto, ſiue verum tacendo, ſiue falſum dicendo. Et (proh dolor quot) delicta impunita remanent ob ſubornationes teſtium, qui prece, vel precio, aut minis recuſant dicere veritatem, eſto quòd propriis oculis, & manibus palpauerint factum, & aliquando iſti teſtes ſtant de medio, nam partes ſeſe componunt ſecretò, deinde offenſus inducit ſenes Suſanæ, quibus mediantibus ſurripit liberationem patrati ſceleris, mox inuehit contra pauperes, & veridicos teſtes, cui rei Senatus deberet benè proſpicere, &

re, &

re,& ex hoc ſit, quòd ferè nullus ſit, qui velit pro fiſco dicere veritaté, quia non habent,qui eos defendant,licet iudicis,& fiſci, ac principis eſſet eos defendere ob oppreſſionibus, loquor ſemper de illis, qui pro zelo iuſtitiæ deponunt iuxta quod dicit Propheta,iurabunt in iudicio, in veritate,& iuſtitia. ſed ſi teſtes examinati deceſſiſſent ante repetitionem, valebit tamen eorum depoſitio, nam in moriétium perſonas depoſitiones eorum non ſunt reſpuendæ,ſaluo tamen iure legitimo reo opponendi contra perſonas,& dicta teſtium, quoad fidem rei teſtificatæ, & non quoad effectum punitionis.

l ſi. C. de teſt Myl. f 84. nu. 17. Fol ti. & rep. teſtes.

Et huiuſmodi teſtes ad offenſam ſolét citari ad repetendum. mox ad allegandum, & contumaces demum mulctantur,mulcta autem ſequuta, reus dimittitur, & poterit curia procedere contra tales teſtes de falſo etiam parte non inſtante, ex quo aſſumpſit onus teſtificandi: ſi verò non aſſumpſit officium teſtificandi, tunc puniri poteſt crimine ſtellionatus criminaliter, & ciuilliter teneretur parti de actione de dolo. Hinc aliqui ex practicis dicunt, quòd teſtis habetur pro confeſſo, & deponens falſum, ſi poſtea citatus non comparuerit,ſed contumax fuerit,modo hæc concurrant vid quòd præcedat accuſatio, vel inquiſitio contra teſtem de falſo: Item quòd teſtis fuerit examinatus in iudicio cum iuramento, & coram iudice, ſecus ſi ſimpliciter coram notario. Item quòd ex proceſſu, & actis appareat de falſitate, vel ex facie depoſitionis talis teſtis. Item quòd depoſuerit per verbum affirmatiuum. Item quòd ſcienter, & doloſè falſum depoſuerit. Item quòd talis teſtis non ſit de perſonis ruſticis, ſimplicibus,groſsis,parum occulatis, & ingenioſis. Item quòd falſitas ſit nocibilis, vel nocere poſſit alteri parti. Item quòd depoſuerint falſum in articulis principaliter & ſuper ſubſtantia facti, nam ſi extra articulos, vel ſuper aliis dependentibus non pœna ordinaria, ſed extraordinaria erit puniendus. Item quòd talis falſitas non reſultet ex dictis teſtium vtriuſque partis deponentium contraria inter ſe. Item quòd citentur cum inſertione eorũ depoſitionum, quæ prætenduntur falſæ. Item quòd in termino peremptorii non appareat aliquem comparuiſſe

Myl. fol. 21. & nu. 2 Boſſ n. 163. tit. de falſ et Clar. q.

Bol titu. & ſi con. fiteb. a numer. 90. vſque ad 112.

Boſſ.

ad

ad eos teſtes excuſandum. Item quòd teſtis habito pro confeſſo virtute contumaciæ fateatur id, quod depoſuit in iudicio, & non negetur id dixiſſe, nã ſi diceret aliter dixiſſe, quàm ſit ſcriptum, non punitur de falſo virtute dictæ confeſsionis.

Item quòd dicta confeſsio non ſit reprobata contrariis probationibus. Item quòd contumacia ritè, & rectè proceſſerit, ex quibus exinde ſequitur, quòd operatur condemnationem falſi, & hinc, quòd dictum ipſius habeatur pro non dicto. Alii etiã practici dant hanc cautelã, vt cum teſtes non veniunt, nec venire curant, imò latent, ne in tali cauſa habeant teſtificari fortè ſuaſionibus, vel delinquentium minis, vel alterius ciuis potentis, quòd tunc vt teſtes cõpareant, contra eos formetur proceſſus, quòd pecuniam receperunt, ne in tali inquiſitione contra talem teſtificarentur, & huius timore ne incidant in falſum, venient, & teſtificabuntur, aliàs de falſitate, & corruptela dicti teſtes poſsent puniri, ſed hactenus de teſtium repetitionibus, & confrontationibus.

Ange. in glo. compa ruerũt n. 6.

De termino ad ſubminiſtrandum.

SI reus negauerit crimen impictum, ſiue agatur de pœna pecuniaria tantùm, ſiue etiam corporali poſt repetitionem, & confrontationem, vel inter ipſam. repetitioné teſtium, debet citari pars offenſa, & ad cautelam fiſcus ad allegandum, deducendum, & oſtendendum (quod ſubminiſtrandum appelles) quicquid volunt accuſatores termino arbitrio iudicis ſtatuto: & debet fieri inſtante ipſo reo, ſiue adhuc carcerato, ſiue non, & ſi ageretur de querela minoris, vel vniuerſitatis, vel collegii: erit præceptum intimandum legitimè, & cautè, vtſup. dixi in inquiſitione: ſi autem querelans elegiſſet habitaculum in loco iudicis, tunc poterit citari ad domum electi habitaculi. ſi enim omitteretur hoc præceptum, tunc offenſa pars, vel fiſcus poſſet admitti ad de nouo allegandum, & probandum per nouas probationes, etiam poſt publicationem proceſſus. Et ſic tale præceptum poſſet hoc modo concipi. M. Mag. D.N. Iudex, &c. ſic inſtante N. ſtatuit, & aſſignauit,

Cl q. 48.

Digitized by Google

gnauit, ac aſsignat. Q. perſonaliter, vel &c. terminũ dierum tot proximè futurorum poſt &c. ad ſubminiſtrãdum, necnon allegandum, deducendum, & probandum, ac oſtendendum quicquid vult poteſt, & intendit in cauſa querelæ homicidii, ſeu vt in facto extraneo licet calumnioſè contra ipſam inſtantem per dictum Q. coram præf. Mag. D. Iudice, aliter &c. eo termino elapſo compareant ad videnddm publicari proceſsum, & fieri omnia alia, &c. De cuius &c. Datum &c. ſignatum a Iudice, & ab actuario cauſæ.

Debet ſucceſsiuè fieri relatio in actis de intimatione.

Intimatio tali termino querelans, ſi habuerit aliquid ſubminiſtrandum, poterit comparere, & allegare de iuribus ſuis, & ſubminiſtrare noua indicia, ſi voluerit, qua in re non laudo ſtilum admiſsum, vt ſufficiat ſi citatus compareat, & exhibeat aliquorum teſtium nomina, nec illos cum effectu producat, quia debet curia in hoc admittere quidem talem comparitionem, ſed debet illi ſtatuere terminum ad eos producendum, & examinandum, nam ſubminiſtrantis noua indicia intereſt fundare ſuam intentionem, & non fatigare reum, vt fiſcus ipſe curet examinari teſtes in his delictis, in quibus quis ſuam, vel ſuorum proſequitur iniuriam, debet enim actor venire cum ſaculo parato. Et in hoc ſciant accuſatores, & eorum defenſores, qui per calumniam ſatagunt fatigare dilationibus, aut cauillis, & impoſturis reos, ſe teneri pœna peccati mortalis, & reos fieri damnorum paſſorum, & patiendorum per reum inſolidum, & teneri ad refectionem omnium damnorum inſolidum, licet multi in hoc parum curent, & aduertant. imò gloriantur quaſi inſigne factum fecerint, ſi carceratum forſan indebitè, & per falſos teſtes diutius retineri fecerint in carceribus, vti prudentes, & noui Doctores cautelarum diabolicarum, non vitupero, nec accuſatores, nec eorum fautores, & defenſores, in quantum iure ſuadente proſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam ad punitionem delictorum: ſed vitupero calumniam eorum, qui per phas quærunt perdere reum, & fatigare calumnioſis dilationibus ipſum: veh veh talibus, quia menſura, qua meſi fuerint alios, eadem

reme.

Digitized by Google

remetietur illis in die illa; & ſi miſericordiam non fecerint, neq. miſericordiam ex ſe ſperare poterunt, quilibet quo ſuper ſe vigilet, nam prope eſt iudicium iuxta illud mors ſequitur, velut, vt corpus, vt vmbra: & breue eſt tẽpus.

E conuerſo nec laudo iniuſtitiam, & duritiem cordis reorum, qui ſcientes ſe de iure teneri ad refectionem damnorum, & famæ læſæ; non curant pro poſſe ſuo per ſe, vel interpoſitam perſonam ſatisfacere parti læſæ de damno, vel fama ſaltem arbitrio boni viri, & reportare ab offenſo remiſſionem, & perdonantiam de offenſa illi facta, quoad ipsũ ſpectat, & pertinet: cum in rei veritate tuta conſciẽtia ſe defendere nequeat, ſciens ſe damnũ dediſſe in re, vel in perſona. vnde aliquando Deus Op. Max. permittit, vt talia nouiſſima fiant peiora prioribus, & indurat voluntates iudicum ad rigidos, & inexorabiles ſe oſtendendum ipſis reis, & id iure merito: nam licet per delicta offendatur reſpub. & iudex teneatur vlciſci vindictam reipub. tamen maior eſt offenſa, quæ fit in priuatam perſonam, & iudex non poteſt tollere ius partis; ſecus videmus iudices liberius imparriri arbitrium reo, qui ſe compoſuit cum offenſo, quaſi id faciundum ſuggerente lege, & ipſa animi pietate: Quinimò lex ipſa fauendo remiſſioni partis offenſæ conſueuit condonare, & gratis remittere aliqua crimina, vt habes ex no. conſtitutionibus in hæc verba. In caſibus, in quibus condemnatio pecuniaria facienda eſt, vbi adſit pax, vel remiſſio offenſi, aut eius hæredum, & ſucceſſorum aliquo modo procedi non poſſit, niſi hi ſint, in quibus ex officio procedere conceſſum eſt. Sancitum eſt, quòd vbi agitur de tertio furto, vel vlteriori, furi remiſsionem partis non prodeſſe. & ſtatuta ſic diſponunt. ✠ *Si in vna* cauſa, ſeu denuntiatione fuerint plures accuſati, ſeu denuntiati, cenſeatur quoad ſta. de remiſſione accuſæ, ſeu denuntiationis, tantùm vna accuſa, ſeu denuntiatio. Idem ſit ſi in una cauſa, ſeu den. fuerint plures accuſatores, ſeu denunciatores, quòd cenſeatur eſſe tantùm vna accuſa, ſeu denunciatio, quoad remiſſionem vtſ. In illis maleſitiis, in quibus non poteſt fieri condemnatio vltra lib. 50. tertiolorum communi Mediolani applicanda,

da, non poſſit vlterius per officium procedi, ſi facta fuerit pax, vel remiſſio. In remiſſione accuſæ, vel denuntiationis. & in accuſa, ſeu denunciatione non probata, de crimine, de quo pœna eſſet arbitraria in perſona, vel auere, cenſeatur tamquàm ſi eſſet crimen, ex quo non ingereretur pœna ſanguinis. Quicunque aliquem accuſauerit, ſeu denunciauerit coram aliquo iuſdicente, & ipſam accuſam, ſeu denunciationem remiſerit infra decem dies à dit requiſitionis factæ ſuper illa accuſatione, ſeu denuntiatione nulla. & valeat talis remiſſio, nec vlterius poſſit procedi virtute dictæ accuſationis, vel denunciationis, & omne bannum non præteritum, & omnis proceſſus occaſione dictæ accuſationis, vel denunciationis datum, vel factum ipſo iure nulli ſint, & pro nullis reputentur ipſo iure, & canzelentur de libris, & actis communis Mediolani, quotieſcunque fuerit requiſitum, niſi ſit de illis criminibus, in quibus poſſit aliàs per officium inquiri ſecundum formam ſtatutorum præſentium, quibus caſibus poſſit inquiſitio formari, & procedi per officium non obſtante dicta remiſſione, & remittens ſoluere teneatur communi Mediolani libras quinque tertiolorum ſi ſit tale crimen ex quo pœna ſanguinis ingeratur: ſi verò ſit tale crimen, ex quo pœna ſanguinis non ingeratur, ſoluere teneatur commuui Mediolani ſoldos xx. tertio. Si uerò poſt prędictos decem dies à die requiſitionis, fecit ſupra alia ſuper illa accuſa, ſeu denunciatione accuſans, ſeu denuncians remiſerit ſupra dict. accuſam, ſeu denunciationem ualeat, & teneat talis remiſſio, nec ulterius procedatur ſuper dicto crimine uirtute dictæ accuſationis, uel denuntiationis, & omne bannum non præteritum, & omnis proceſſus occaſione dictæ accuſationis, uel denunciationis datum, uel factus ipſo iure nulli ſint, & pro nullis reputentur & cãzellẽtur ipſo iure de libris, & actis cõmun. Medio. quotieſcunq; fuerit requiſitũ, niſi ſit de illis criminibus, in quibus poſsit aliàs per officium inquiri, & procedi ſecundum formam præſentium ſtatutorum, quibus caſibus poſſit inquiſitio formari, & procedi per officium, non obſtante remiſſione, & remittens ſoluere teneatur communi Mediolani lib. decem tert. ſi ſit tale crimen, ex quo pœ-

na ſanguinis ingeratur, ſi verò pœna ſanguinis non ingeratur, ſoluere teneatur communi Mediolani libr. quinque tertiolorum.

Si accuſa, ſeu denunciatio in aliquo caſu fuerit remiſſa poſt dies decem à die requiſitionis factæ ſuper illa accuſa, ſeu denuntiatione abſque voluntate accuſati, ſeu denũtiati, teneatur ipſe accuſans, ſeu denuncians ſoluere expenſas ipſi accuſato, ſeu denunciato, ad quam reſtitutionem compellatur ipſe accuſans, ſeu denuncians, ac ſi ad eas expenſas ſententialiter foret condemnatus.

Accuſatio, ſeu denunciatio facta de aliquo, coram aliquo iuſdicente de crimine homicidii, vel ſchacchi, vel proditionis ciuitatis, vel burgi, vel loci, vel caſtri, vel ſingularis perſonæ factæ cũ inimicis communis Mediolani, nullo modo remitti poſſit.

Iod c. 155 num. 1. Cic de officijs. Cl q. 58. Boſſ. titu. de reme. ex ſol. cl. p. contra ſenten. n. 30.

Et hic caderet opportuna illa quæſtio, an liceat partibus tranſigere ſuper delicto, & dicas, quòd licet etiam in omni crimine publico, cuius gratia inferenda eſſet pœna ſanguinis. nam licitum eſt, & à natura inſitum, ut ſe, ſuũq; corpus tueatur, fugiatq; quæ nocitura ſunt, & ſanguinem ſuum, quàm poteſt tutiſſimè, redimat, & caput ſuum ab omni periculo cauere, ſed in hiſce delictis, in quibus poteſt ex officio procedi, non impedit quin iudex procedat ad criminis punitionem. Circa tamen hanc remiſſionem eſt cautè procedendum: nam ſi fiat remiſſio de his delictis, in quibus poteſt iudex, procedet ex officio, tunc aut fit in actis, & penes acta, aut per inſtrumentum publicum, primo caſu, quia querelatus videtur facere ſpontè .i. ad nullius inſtantiam nil dico, Quo verò ad aliam ſpeciem, quę fit per inſtrumentum, tunc bonum eſt, quòd remittens remittat non ad petitionem lædentis, ſed notarii ſtipulantis nomine querelati, vel ſub nomine vniuerſali .ſ. omniũ, quorum intereſt. & in eo inſtrumento conſtituatur aliquis procurator ſpecialis ad præſtan. in actis ipſum inſtrumentum remiſſionis, nam ſi accuſatus produceret ipſã remiſſionem in actis, videretur fateri crimen, de quo in remiſſione, & iudex poſſet ad criminum, & iniuriarum punitionem abſque vlla ampliori, ac latiori inquiſitione faciendia, aut informatione procedere. Vnde ille doctor

dat

dat hanc cautelam. ſ. vt calidi quique, vt iudicem ſic circunueniant, vt ne certi quipiam ex compoſita pace percipere poſſit, hoc faciunt, vt factum, ac delictum conſtanter coram iudice pernegent, & in pacis compoſitione curant, vt notarius ſcribat pacem eſſe confirmatam inter ipſos tantùm de iis læſionibus, ac iniuriis, quibus alter alterum impetierat, ſiue quarum gratia alter de altero dolere, & conquæri poſſet, aut in iuſtitiam aduocare, ſine vllius criminis nominatione, hac enim generali confeſſione nullum certum delictum confeſſi ſunt, ſed vaga, & incerta eſt confeſsio. E contra ſi notarius ſcripſiſſet duas partes in pacis fœdere conueniſſe de iſtis, aut illis læſionibus, rem ipſam nominando, & quarum gratia altera alteram pertraxit, vel pertrahere voluit in iudicium, & quas omnib. apperuit, tunc iudici certa, confeſſa, nominataq; iniuria, & læſio confirmata eſſet, vt omnibus modis procedere hic poſſet, tamquàm ex confeſſo ad criminis punitionem. Amplius doctor ille ait, ꝙ iudex aliquando ex officio compellere poteſt alteram partium læſam, vt cum lædente in gratiam redeat, & cum eo pacem componat, ipſumque ſibi reconciliari ſinat eius.n. maximè refert ſe, & commiſſum ſibi populum in pacis concordia viuere, & vt hoc maximè curet, & ſtudeat, ſatis ſuum admonet officium. Porrò ſi aliquando ei res eſset cum duabus perſonis contentioſis, ac procacibus, quæ haud facilè ad pacis beneficia auſcultarent, tunc iudex vtramque perſonā conſtringere poteſt, & damnare in certum locum, vt inde neutra ſe recipiat, niſi pace ſimul compoſita concordes fuerint, & ex hoc fideiuſſio, ſiue cautio confecta ſit, quòd neutra alteram ſit læſura, ſed vtrobique omnis via facti ſit apertè prohibita. Vnde uel Princeps, vel Senatus cum præſentit in aliqua ciuitate vigere factiones, ſiue rixas, & garras inter potentes, ne maiora oriantur ſcandala, vocat, vt ſiſtant coram Senatu in hac Ciuitate, vel coram Capitaneo Iuſtitiæ, nec inde recedant, ſine licentia eiuſdem, & ſi nolunt ſe componere, aliquando ambas partes, vel alteram earum rixę authorem confinat in diuerſis prouinciis, & coercet fideiuſſoribus de ſeſe non offendendo, de qua fideiuſſione Num. 2.

de non offendendo ſtatuta criminalia ſic diſponunt. *Poteſtas*, & eius iudices ad maleficia, & quilibet eorum omnibus iuris remediis, teneantur ad petitionem cuiuslibet petentis timentis de aliquo, ne eum offendat, cogere ipſum & ipſos, de quo, vel de quibus timeret, ſatiſdare cum bonis fideiuſſoribus de libris quingentis tertiolorum, & plus & minus arbitrio iudicis, inſpecta qualitate perſonarum, & facti de non offendendo ipſum in perſona, vel rebus. Et ſub rubrica, in quem peruenire debet pœna propter pacẽ ruptam ſic. *Si pax* rupta fuerit pœnæ appoſitæ in inſtrumento pacis perueniant medietas in commune Mediolani, & alia medietas in offenſum. & Dominus Poteſtas, & eius Iudices ex officio, & extra ordinem teneantur exigere ipſam pœnam ad vtilitatem communis Mediolani, & illius, vel illorum, cui, vel quibus pax rupta fuerit ſine libelli donatione, & ſtrepitu, & figura iudicii, & quòd Poteſtas teneatur hoc facere ſeruari, & executioni mandare infra menſem vnum ſub pœna libr. centum tertiolorum ſui ſalarii.

De eodem.

SI Poteſtas, fecerit, vel præceperit pacem, vel treguam inter habentes diſcordiam, ſeu in iudicio aliqua cautio fuerit expoſita, & ſi aliqua pœna fuerit adiecta, & pax, vel tregua rupta fuerit, vel iudici non fuerit obtemperatum, medietas pœnæ perueniat in commune Mediolani, & alia in illum, vel illos, vel ſuos hæredes, quibus pax, vel tregua rupta fuerit. Idem ſeruetur ſi pœna debeatur ex promiſſione propter pacem ruptam. & circa hanc materiam cautionis de non offendendo in iure ſi vis multa ſcire, recurrito ad tractatum D. Franciſci Herculani, de cautionibus, qui per diſtinctas quæſtiones totam hanc materiam latiſſimè proſequitur. ſubiicio nunc actum proteſtationis, quæ fit penes acta. præmiſſo tempore ſic comparuit Q. & ſpontè, ac omnibus illis melioribus modo, &c. remiſit, & remittit ſuprascriptam querelam, ac proceſſum, & omnia in ea cõtenta, necnon omnia damna, expenſas, & intereſſe proteſtando

Formula proteſt. quæ fit penes acta.

ſtando

ſtando, ac proteſtatus fuit, q; non intendit quantum in ſe eſt, quòd vlterius procedatur contra ſupraſc. R. ſed in pace dimittatur, & canzeletur omnis proceſſus hactenus formatus, neque intendit vlterius citari in dicta cauſa, & hæc (vt dixit) gratis, & amore Dei. obligando, &c. renunciando &c. & iurauit non contrafacere, ſed attendere, & obſeruare &c.

Facta hac proteſtatione, ſi ſit ex caſibus, in quibus non eſt procedendum ex officio, reus poterit fieri facere ſuam liberationem, ſecus, non oportebit de neceſſitate eum in proceſſu ad vlteriora citare querelantem, ſed tantùm fiſcum.

Effectus autem huius proteſtationis, & remiſſionis duplex eſt, vnus quòd pars offenſa non vult citari ſecundus, quòd remittit omnia damna expen. & intereſſe, ad quæ offendens qualiſcunque ſic tenetur teſte Plo. conſ. 78. *Cl. q. 48. ver. quæro.*

Et reuertendo ad materiā dilationum, ſcias quòd in criminalibus poterunt dari accuſatori dilationes, quæ iudici videbuntur, niſi fiunt calumnioſè duæ ſaltem, ſi petantur, denegari non poſſunt.

De publicatione proceſſus offenſiui.

CVM perfectus fuerit proceſſus offenſiuus, & poſtquā actor, vel fiſcus probauit quicquid potuit, & voluerit in cauſa ſuæ actionis, & repetitis, & confron. teſt. debet etiam reus reprobare contra obiectum crimen, q; facere non poteſt, niſi habita copia proceſſus offenſiui, & indiciorum. & ſi non traderetur copia indiciorū, dicerentur denegari defenſiones, quæ de iure diuino, & humano denegari nō debent etiam in notorio, & in cōfeſſo; imò Iudex tenetur etiā non petenti ſtatuere terminum defenſionum, & offerre copiā proceſſus, licet non teneatur eam tradere expenſis fiſci. Idcircò debet citari pars ad videndum publicari proceſſum, & dari eius copiā, & ſtatui terminum ad reprobandum, benè verum eſt, qđ Mediolani hæc citatio non conſueuit practicari, cū non fiat publicatio proceſſus offenſiui expreſſa, conſulo tñ actuariis, & cæteris notariis rerum criminalium, vt introducant hunc *Cl. q. 99. Cl. q. 48. & 49. verſ. eſt igitur certa & ſeq.*

Boſſ. ti. de pu. proceſſus, & teſt. nu. 2. in fi. ſtylum publicationis proceſſus offenſiui, vel faciant decretari per Iudicem ſuper originali credatur copia proceſſus parti, cum termino tot dierum ad faciendum ſuas defenſiones, quia aliàs poſſet accuſari de falſo, eo quod publicaſſet parti proceſſum non publicatum ſtantibus præſertim ſtrictis ordinibus reg. imponentibus pœnam mortis naturalis reuelantibus ſecreta proceſſuum, ſiue ad fauorem, ſiue ad præiudicium partibus ante publicationem, & in materia actuum, quæ fiunt in iudicio non creditur ſoli notario, quòd Iudex iuſſerit publicari, ſiue edi copiam proceſſus, niſi appareat ex actis, ideſt, ſubſcriptione ipſius Iudicis, & ſic vides quòd omnes actus capturæ, ordinationum relaxatoriarum, & ſimilium ſubſcribuntur à Iudice: in eo exinde, quòd notarius atteſtatur Iudicem ſic ordinaſſe, plenè creditur. *No. conſt. l. 1. de adu. & ſyn. fiſc. non debent.* Et mag. etiam Fiſcales nec ipſi poſſunt, neque debent propalare directè, nec per indirectum indicia contra reos aſſumpta, vel aſſumenda, actauè, aut proceſſus, deliberationes, condemnatione ſuę, quæ ſecretò teneri debent, ſiue ex natura cauſæ, ſiue ex iuſſu, ſiue ex harum conſtitutionum forma, & denique nullum dolum, fraudemuè in eorum officiis ſcienter committere, nec prece, nec pretio moueri debent, ſub pœna priuationis officii. Et vlterius puniatur inſpecta qualitate delicti arbitrio Principis, vel Senatus. Procuratores, & Notarii tenentur tacitare tractata in collegio, Senatores in Senatu, & conſiliarii in conſilio, donec ſint publicata. & ob id vides præſtari iuramentum ſecreti. Inter autem collegas reuelare tractata, & concluſa non puto ſubiacere pœnæ falſi, niſi ille collega, cui reuelatur, ſit pars.

Cl q. 48. 7 pr. vide Boſſ. vtſu. nu. 2. Et effectus publicationis in criminalibus ille eſt, quòd ſi omitteretur, proceſſus eſſet ipſo iure nullus, quia tolleretur reo facultas ſe defendendi, nec hæc publicato ſolet omitti, quæ ſit eodem contextu, cum Iudices decernunt copiam proceſſus parti cum termino ad faciendum ſuas defenſiones, quia virtualiter ineſt, eſto quòd non dicant publicauit.

Cl q. 49. verſi. ſed pone. Sciendum erit etiam, quòd ſi plures eſſent accuſati, quorum alii eſſent pręſentes, & alii abſentes, quòd non prius erit danda copia proceſſus præſentibus, niſi abſentibus

prius

prius condemnatis, quibus cōdemnatis ſit publicatio proceſſus, quo ad præſentes, daturque copia eis, deletis tamen prius (quantum commodè fieri poteſt) nominibus contumaciæ, atq; his omnibus, quæ ad eos pertinent, quatenus tamen, quo ad præſentes per huiuſmodi delationes non collatur, vel in minimo facultas defenſionis.

Non ignorandum erit reos poſſe renunciare indirectè tamen proteſtando non ſcire, non habere aliquam defenſionem defenſionibus ſibi datis, ſi velint, Iudices tamen non debent aliquo modo inducere reos ad renuntiandum ſuis defenſionibus, ne ſuper eos, & eorum filios conuertatur, ſi inique fecerint, imò debent curare, vt ſi ſint aliqui miſerabiles, & pauperes, qui non habeant modum ſe defendendi, quòd aliquis aduocatus, & procurator gratis ſuſcipiat eius defenſionem: idquè de iure diuino, & humano. Et iſtis miſerabilibus actuarii tenentur edere proceſſus, & acta gratis, & quamprimùm. & ſtatuta circa traditionem proceſſus, & dilationes ad faciendum defenſiones ſic diſponunt. *Sub* rubrica de accuſa, ſeu denunciatione danda exemplata.

Cl. q. 49. ver. quæro in fine.

c. erue eos qui ducitur ad mortem.

✠ *Habet decre. Sen. 24. Apri. 1544. Fol. in ſi. reci. def. reorũ. nu. 27.*

Iudex maleficiorum teneatur dare, ſeu dari facere accuſam, ſeu denuntiationem exemplatam ſine teſtibus contentis in accuſa, ſeu denuntiatione denunciato, ſeu accuſato, vel ſi pœna ſanguinis non ingeratur, legitimæ perſonæ comparenti pro eo, antequàm compellatur reſpondere accuſæ, ſeu denuntiationi, & dare ſibi terminum deliberandi, & reſpondendi accuſæ, vel denuntiationi vnius diei vtilis, quo termino elapſo, ſi nulla exceptio legitima fuerit propoſita, vel ſi fuerit propoſita, & ſit ſatisfact. vel aut fuerit agieechita, aut pronuntiatum fuerit debere procedi, poſſit procedere Iudex ſuper accuſa, ſeu denuntiatione ad examinandum, & recipiendum dictum accuſati, ſeu denuntiati, & dicta teſtium, & alias probationes, per quas, & quos veritas poſſit inſtrui, quibus per actis denuntietur, ſeu præcipiatur accuſato, ſeu denuntiato, ſi velit defenſionem facere, & ſi voluerit, infra 30. dies facere debeat, ita quòd ſi per teſtes probare voluerit, capitulũ parti aduerſæ det, & teneatur, Iudex in receptione teſtium tam ad offenſam, quàm ad defenſam producen.

diligenter interrogare teſtes de ueritate negotii, & de cauſa ſcientiæ, & de loco, & tempore, & de præſentibus, & de aliis cicunſtantiis, quibus conſumatis fiat publicatio proceſſus, & detur exemplum teſtificat. teſtium, & omniũ aliorum actorum, & actitatorum cuilibet parti petenti: Quod ſi facere recuſaret dictus iudex, condemnetur in lib. 25. tert. omni uice, & audiat allegationes vtriuſque partis, & poſtea procedat ad abſoluendum, vel condemnandum ſingulis tribus menſibus, vel infra illud tempus, quàm citius poterit de his accuſationibus, vel denunciationibus, quæ fuerint conſumatæ. Quòd autem dictum eſt de ſupradicto termino dierum 30. & infra de termino decem dierum dando ad defenſionem, non vendicet ſibi locum in furibus, latronibus, ſcaccharoribus, & receptatoribus eorum, vel rerum per eos robatatum, nec in aliis malefactoribus famoſis, ſed Poteſtas, vel Iudex eius poſſit ſuo arbitrio terminum defenſionis dare, qui non ſit minor tribus diebus. Cæterùm ſi quis, qui non ſit de prædictis famoſis confeſſus fuerit aliquod crimen, vel in banno præteritus de illo crimine, vel aliàs ſit notorium ipſum crimen illud crimen commiſiſſe, tunc detur defenſio decem dierum ad nimis.

Quòd in dilatione, ſeu termino non computetur dies termini.

IN qualibet dilatione, ſeu termino hominis, vel iuris, in qua, ſeu in quo occurreret pluralibus dierum integrorum, vel inceptorum, dies termini, ſeu dilationis non computetur in termino, ſeu dilatione, & tamen die, qua ſtatuitur ab homine, vel à iure terminus, ſiue dilatio poſſint agitari contenta in ea dilatione, ſeu termino, & prædicta locum habeant tam in ciuili, quàm in criminali.

Quòd vltima dies termini, ſeu citationis non computetur in termino.

SI vltima dies alicuius termini, ſeu dilationis iuris, vel hominis inciderit in diem feriatam, ſequens dies non feriata

Digitized by Google

feriata pro illa reputetur, & prædicta habeant locum tàm in ciuili, quàm in criminali.

Quando tempora prorogata incipiunt currere.

SI contigerit tempus inſtantiæ, banni, termini, ſiue dilationis, vel aliud tempus prorogari, tunc tempus prorogationis incipiat currere finito termino ipſius inſtantiæ, bannis termini, vel dilationis, vel alterius temporis. Et prædicta habeant locum tam in ciuili, quàm in criminali.

De deffenſione competenti danda ante condemnationem.

POteſtas Mediolani, nec eius Iudices, nec aliquis alius Magiſtratus exercens iuriſdictionem, non poſſint, nec debeant aliquem criminaliter condemnare aliqua occaſione, niſi primò data defenſione competenti, quæ non ſit minor trium dierum perſonaliter, vel eo perſonaliter citato, vel ad domum ſecundum qualitatem, & magnitudinem negotii illi, quem condemnare voluerit. quæ defenſio reperiatur ſcripta in actis, & ſi qua condemnatio criminalis reperiatur non data defenſione competenti. vtſ. non valeat, nec teneat, nec exigi poſſit, ſed ipſo iure nulla ſit, non obſtante ſtatuto, quod loquitur, quòd de condemnationibus non cognoſcatur, poſtquàm fuerint ad cameram, nec alio ſtatuto in contrarium loquente, & poteſtas, & quilibet alius Magiſtratus, qui fecerit aliquam condemnationem criminalem, niſi primò data defenſione ſupra, & ſcripta in actis, vt ſupra condemnetur, & pro condemnato habeatur ipſo iure in lib. centum tertiolorum compenſandis in feudo Poteſtatis, vel alterius iuſdicentis, qui illam condemnationem fecerit, qualibet vice, Quod ſtatutum non habeat locum in condemnationibus, quæ fient ſuper banno, ſeu bannis.

Et circa expeditionem proceſſus conſtitutiones ſic diſponunt. *Delatis* criminibus, vel modo præmiſſo, aut per

Digitized by Google

accuſationem, vel querelam, teneantur iuſdicentes ſuper eis proceſſum debitum inchoare proſequi, & finire ſecundum formam, tempus, & inſtantiam à ſtatutis ciuitatum, & locorum, in quibus iuriſdictionem exercent, limitatam, & ſub pœna in eis contentà, vel vbi non ſit impoſita, retentionis ſalarii trium menſium, & plurium arbitrio Principis, vel Senatus, quoties contrafactum fuerit. §. vbi verò à ſtatutis certa forma data non ſit, teneantur iuſdicentes ſub eadem pœna intra dies quindecim proceſſum inchoare, eumque intra alios ſexaginta dies continuos, non computatis tamen feriatis in honorem Dei terminare, & finire, quæ ſi facere omiſerint, puniri poſſint etiam non expectato ſyndicatu, ſed hæc conſtitutio non obſeruatur cum maximo damno iuſtitiæ, & ſubditorum.

Mar. p. v. ſis. & omnia fiant durã. inſt. num 2. in prin. L. 2. de iud §. & vlterius cauſæ fiſcal.

Inſtantia cauſæ criminalis de iure eſt biennii tantũ, ſed per no. Conſt. non datur inſt. in criminalibus.

Et D. Menoch. repilogando indicia, quæ ſint ſufficientia ad formandum, & tranſmitten. ſpecialem inquiſitionem, dicit eſſe inter cætera, famam, ſecundo grauem inimicitiam, tertio fugam, quarto dictum ſocii criminis, aliquibus tamen in caſibus, quinto aſſertionem offenſi exiſtentis in art. mortis, ſexto denunciationem ſyndici, vel alterius officialis prępoſiti ad deferendum crimina.

q. 88. nu. 21. l. 1. præſump.

Ad formandum verò generalem inquiſitionem, & ad capturam concedendum hæc epilogat nu. 12. & ſeq. primo indicium ex teſt. cuiuslibet teſtis, etiam ſi banniti, vel inimici, qui alioqui aliàs teſtificari non poſſet, ſecundum ex aſſertione vulnerati ſuperuiuentis, etiam ad capturam. tertium ex fama, & ad capturam. quartum ex graui inimicitia, & etiam ad capturã. Quintum ex teſtimonio propinquorum talis vulnerati, vel occiſi, & etiam ad capturam, qui num. 11. dicit quòd indicia ad præhenſionem, & generalem inquiſitionem à pari procedunt. Et cumulando indicia, & præſumptiones, ex quibus locus eſt quæſtionibus, & tormentis dicit.

Nu. 5. Primum indicium oriri ex dicto vnius teſtis de viſu ipſius geſti actus, & commiſſi delicti, qui tamen ſit omni exceptione maior nu. 8.

Secundum indiciũ, quòd oritur ex confeſſione extraiu-

diciali

Digitized by Google

diciali accuſati,quæ tamen ſit veriſimilis, & habens cauſam præexiſtentem nu. 17. Item 19. quòd fuerit facta ſeriò,& non iocose, item de certo delicto, & non generali nu.20. item de ea deponant duo teſtes nu. 21.

Num. 28. Tertium indicium eſt fama, modo aliqua alia adminicula currant.

Num. 36. Quartum indiciũ oritur ex fuga accuſati.

Num. 51. Quintum indicium ex inimicitia capitali, concurrentibus aliquibus adminiculis.

Num. 59. Sextum indiciũ oritur ex præcedentibus minis.

67. Septimum ex mendacio,& variatione ipſius accuſati, vel inquiſiti reſpondentis.

71. Octauum ex titubatione, & animi trepidatione, concurrentibus aliquibus adminiculis.

73. Nonum ex teſtimonio ſocii criminis concurrentibus aliis adminiculis.

75. Decimum ex teſtimonio mandatarii concurrentibus aliis adminiculis.

78. Vndecimum ex confeſsione, atque atteſtatione offenſi facta in articulo mortis.

83 Dnodecimum ex confeſſione facta ex pace inita cum offenſo precio numerato.

89. Decimumtertium ex conuerſatione, & multò magis ex cohabitatione quando .ſ. delictum eſt commiſſum in domo.

100. Decimumquartum in eo, qui viſus fuit firmari in loco delicti cum gladio, vel telo, concurrente alio adminiculo, puta fama, vel inim.

101. xv. ex conſuetudine delinquendi, hoc eſt, ꝙ accuſatus, vel inquiſitus conſueuit cõmittere ſimilia delicta.

106. xvi. Quando quis vltro, & diligenter ſollicitat, vt inueniatur,& inquiratur de malefactore, & delinquente, cum tamen ſua non interſit vti hac diligentia.

107. xvii. Quando ſocius reperitur occiſus in domo ſocii, qui mortem ſocii non detulit.

108. xviii. Quando quis ſcienter recipit in domo propria ipſum delinquentẽ, cũ inter eos nulla eſſet affinitas.

109. xix. Qui ipſum delinquentẽ aſſociauit extra vrbẽ ſtatim cõmiſſo homicidio, vel delicto ne præhẽderetur

Digitized by Google

113. xx. Ex ſcientia maleficij in eo, qui potuit, & debuit impedire, ne committeretur, & noluit impedire.

114. xxi. oritur contra eum, qui ſcit aliquo in loco latitare latrones, & aſſaſſinos, & tamen oſtendit mercatorib. viam, quæ ad locum illum ducit.

115. xxij. ex collocutione ſecreta ad aures cũ eo, qui deinde commiſit delictum ſi præcedebat inimicitia, & delictum incontinenti ſequutum eſt.

117. xxiij. Oritur ex eo, quòd reus inquiſitus viſus ſit exire domum, & aufugere cum enſe euaginato, & ſanguinolento.

119. xxiv. Ex acclamatione ſuccurrite ſuccurrite, & viſus deinde ſit quis exire domum cum gladio, vel aliis armis, & deinde in domo reperitur mulier ſtuprata, vel vulnerata.

120. xxv. Item oritur ex eo, quòd quis mutuo ſuſcepit pecuniam, ex qua ſtatim emit arma, & conduxit homines, vel alia his ſimilia præparauit, & occidit, contra vtrumque.

122. xxvi. Item ex præparationibus aptis ad offendẽdum, vt ſi quis viſus ſit emere gladium, vel accuere, vel polire arma, vel coaduuare homines armatos, vel arma aliquo in loco collocare, vt paratæ ibi eſſent, & deinde perpetratum ſit homicidium apud domum illam, & ſe exercebat in armis, cum antea non conſueuiſſet.

123. xxvii. Cum quis vſus fuit emere venenum, & ſtatim ferè reperitur quis veneno interfectus, niſi adſint contrariæ probationes, & indicia. puta, quòd eſſent amici, vel hic eſſet vir probus.

125. xxviii. Indicium oritur ex mala conuerſatione, ſi modo concurrat aliud adminiculum.

126. xxix. Oriri ex frequentatione aſſidua loci, in quo deinde reperitur aliquis occiſus, niſi talis eſſet probatæ vitæ, & conditionis, & famæ, & quòd illa frequentatio eſſet ex cauſa neceſſaria.

128. xxx. Quòd in præſentia rei cadauer emittit ſanguinem.

129. xxxi. Indicium oriri ex taciturnitate, vt ſi amicus ſcribat amico, quòd rumor eſt, & fama in ciuitate, & loco,

Digitized by Google

loco,quòd ipſe commiſit tale delictum, & ille acceptis,& lectis litteris tacuit,neque ſe exculpauit, vel ſi repræhenſus ab amicis tacuit, nec aliquo modo ſe excuſauit.

130. xxxii. Ex mala phyſonomia concurrentibus aliis adminiculis.

131. xxxiii. Ex malo,& turpi nomine.

132. xxxiv. Item ex loco a communiter accidentibus, vt ſi in aliquo loco frequenter contingat delicta committi,ibi commiſſum præſumitur, & ab illis, qui in eo loco commorantur.

133. xxxv. Item ex mala fama delinquentis concurrente aliquo alio adminiculo.

134. xxxvi. Item ex eo quòd quis reperitur præſens in loco,vbi commiſſum fuit delictum.

135. xxxvii. Item quando reperitur enſis ſanguine madefactus,& probatur enſem illum fuiſſe illius inquiſiti.

137. xxxviii. Item quando vulnera reperiuntur ad menſuram gladii,ſeu ſecuris rei inculpati,vel quando gladius reperitur in loco delicti, & vagina ad latus vacua,vel in eo,qui de furto fuit accuſatus, ſi apparet formam eius pedis conuenire illi,quæ terræ humidæ infixa eſt, & quando ſotulares furis reperti ſunt in domo, vbi commiſſum fuit furtum.

138. xxxix. Quando reus accuſatus, vel inquiſitus recuſauit præſtare delatum iuramentum calumniæ.

139. xl. Si reus fuit præſens cum armis in loco cōmiſſi delicti,& multo magis,ſi perpetrato delicto fuit aſſociatus.

140. xli. Ex denunciatione ſyndici, vel alterius officialis præpoſiti ad deferendum delicta perpetrata, concurrēte alio adminiculo,puta fama.

141. xlii. Quando res furto ſubtracta reperitur apud accuſatum,ſi ſit malæ conditionis,& famæ.

142. xliii. Quando reus interrogatus negat reſpondere,vel reſpondet aliqua neſcire,vel non recordari, cum tamen veriſimile non ſit,quòd non recordetur,& ſciat.

Et per hæc ſit finis primæ parti, qua tractatum fuit de proceſſu offenſiuo. Tranſeamus modo ad ſecundam partem, quæ reſpicit defenſiones rei accuſati.

PARS

SECVNDA PARS.

Pſ. 31. TV es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me; exultatio mea; erue me à circundantibus me.

Pſ. 37. Et qui inquirebant mala mihi, loquuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Pſ. 37. Ne derelinquas me domine Deus meus, ne diſceſſeris a me

Pſ. 37. Intende in adiutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.

Capitulum primum.

SVPRA vidimus qualiter in delictis procedatur contra delinquentem, & quæ emergant in proſequutione proceſſus ſatis dictum fuit. Nunc videndum erit qualiter procedendum ſit in eius defenſionib. & de exequutione ſententiæ, ſiue in rem, ſiue in perſonam. & quid denique pòſt ſententiam ſit facien. oſtendemus, omnia ſub breuitate.

Cla q. 50. & ſeq. Vi de Fol toto titu & recip. def. reorum. Itaque habita copia proceſſus, & durante termino ſtatuto, vel ſi non ſubeſſet, curabit alium ſtatu, & parte citata, producet eius exceptiones, & poſt exceptiones, annectet capitula probè. Nam ſatius eſt ſimul, & ſemel proponere exceptiones, & dare capitula; quàm ſeparatim ea facere, licet contrarium videatur vſu receptum.

&

Digitized by Google

& prima quidem defenſio eſt, quæ oritur ex illis exceptio
nibus, quæ concernunt nullitatem proceſſus, ſiue ex de-
fectu illegitimi iudicis, ſiue citationis. alia defenſio eſſe
poſſet exceptio præſcriptionis, quòd. ſ. lapſum ſit vien-
nium à die inchoatæ inquiſitionis generalis, & à die accu.
ſæ, qualeſcunque ſit crimen, imò aliquando præſcriban-
tur minori ſpacio temporis, de quibus hic non refero, &
non ſolùm de iure communi, & per ius municipale quã-
do præſcribitur tempus ad agendum, & procedendum.
Tunc. n. actio præſcribitur etiam ignoranti, nam igno-
ranti ſemper currit, vti in officiali exiſtenti in ſyndicatu,
qui tueri ſe poterit hac exceptione præſcriptionis, nam
lapſo tempore præfixo in cridis factis per ſyndicatores ad
querelandum, non poteſt vlterius moleſtari non modo
in ipſo loco officii, ſed neq; etiam in eius propria patria,
ſiue iam ſequuta ſit, ſiue non abſolutio. Alia defenſio eſ-
ſe poterit exceptio, quæ opponitur contra perſonam ac-
cuſatoris, quæ multiplex eſt. nam Andreas Alciatus do-
ctiſſimus enumerat quinquaginta exceptiones contra ac-
cuſatorem, & multas ex ſpeculatore deſumptas, ad quem
ne prolixior ſim, te remitto, Alia defenſio erit excep.
perſonæ ipſius accuſati. nam (licet regulariter quilibet
accuſari poſſit, qui non inuenitur prohibitus.) Sunt ta-
men aliqui prohibiti accuſari vid. Præſes prouinciæ, Le-
gatus prouinciæ, Magiſtratus Populi Romani, Impera-
tor, & Papa, quia ſoluti ſunt legibus, niſi in aliquibus
Maior Magiſtratus. Abſolutus ſemel diffinitiuè, & abſo-
lutè pro eodem crimine. & minor quatuordecim annis
corporaliter non poteſt puniri ex diſpoſitione ſtatuti in
viridi obſeruantia exiſtentis, cuius verba hæc ſunt. *Nul-
lus* committens delictum, ſeu maleficium in minori ætate
annorum quatuordecim completis puniatur ad mortem,
nec ad membri inciſionem, nec membri priuationem, ſed
in caſibus, in quibus aliqua ex prædictis pœnis inferetur
maiori xiiii. annorum, ipſe minor arbitrio Poteſtatis in
auere, vel perſona citra pœnas prædictas, puniri poſſit
inſpecta qualitate facti.

Cl q. 51. ver. ac tt. In ca. ordo & proceſſus in ca. vſis crimi nal. §. de accuſ.

Item omnis, qui in ius vocari non poteſt, nec accuſari
poterit.

Item

Item infans, nec furioſus.

* Li. 4 de accuſ. Item neque mortuus. Vnde habemus decretum ſic diſponens. *Mortuorum* damnari memoria, bonaue eorum publicari non poſſint prætextu alicuius delicti, niſi in caſibus a iure permiſſis. Alia defenſio eſt, ſi probetur delictum non fuiſſe commiſſum per demonſtrationem contrarii, puta accuſatur Titius homicidii Gaii, Gaius exhibetur ſanus, & viuus in iudicio. Item dicitur combuſtam fuiſſe domum vnam, & illæſa comperitur, & ſic de aliis. nam niſi docto de delicto, reus eſt abſoluendus.

Cl q. 52.

Alia etiam pars defenſionis eſt exceptio contra teſtes offenſiuos. quæ exceptio poterit proponi multiplici capite. quorũ primum reſpicit perſonam ipſorum teſtium, quòd. ſ. non ſint in cauſa criminali examinandi. puta quòd ſint infames, periurii, &c. & tunc non ſufficit opponere generaliter, quòd ſint periurii, infames, &c. ſed opus eſt ſpecificare locum commiſſi delicti, & circunſtantiarũ, atque in ſpecie delictum, ob quod ſit infamis, & ex tali cauſa, ſed bene aduertendum erit, ne opponantur crimina contra teſtes, niſi habeantur in promptu probationes criminum oppoſitorum, quia ſi non probant ipſa crimina oppoſita, incurrunt notabile periculum, & de iure communi tenentur iniuriarum actione, quicquid ſit de conſuetudine. benè verum eſt, quòd illa cautela ſalutans. ſ. non animo tamẽ iniuriandi, aliquando ſaluat ab actione iniuriarum. ſm̃ caput reſpicit proceſſum ipſarum atteſtationum, quòd. ſ. teſtes ipſi minus legitimè recepti ſint, puta quòd ſine iuramento depoſuerint, vel aliàs minus legitimæ examinati fuerint, non ſeruatis ſeruandis, &c. vel quia recepti fuerint ſuper generali inquiſitione, & non fuerint repetiti. Item quòd etiam ſuper ſpeciali inquiſitione examinati, & non fuerint repetiti non probant, cum depoſuerint parte non citata. Tertium eſt caput reſpiciens dicta, ſeu depoſitiones ipſorum teſtium, puta quia ſunt falſi, varii, contrarii, ſingulares: & non concludenter deponant, vel huiuſmodi. frequentiſſima autem eſt exceptio falſi, quæ contra teſtes opponitur. Nã rarò fiunt proceſſus criminales, quin alterutrinq; nõ interueniant teſtes falſi. Et (vt audio) nõ deſunt ꝑſonæ teſtium falſorum.

Cl. q. 53.

falſorum. Deus Opt. Max. adeperiat corda eorum, vt reſipiſcant, & miſereatur talium, qui verſantur in probabiliſſimo ſtatu damnationis, & tenentur ad reſtitutionem omnium damnorum parti lęſæ inſolidũ. vnde pauperes illaqueati querelã, & teſtibus falſis conſueuerũt vti hac cautela ad effectũ, an ſi conſcientiã non formidẽt, ſaltẽ pęnas inflectas metuant. ſ. quòd interrogant producentes eos, an velint eis vti; producens. n. teſtẽ falſum nõ poteſt puniri de falſo, niſi ſcienter ſciuerit eos falſos. & ex iſta interrogatione ſi voluerit uti, inducitur ſcientia, & ſic poterit puniri de falſo, ſi reſponderit velle vti: ſi autem reſponderit nolle vti, tunc quo ad ipſum querelantem nihil poteſt imputari, ſed debet condemnari in duplicatis expenſis tamquam calumnioſus delator. quo verò ad ipſos teſtes, poterunt puniri de falſo, conſtito de falſitate. ſed dubium oritur, an ex quo pars, quę produxit teſtes, eis renunciauerit reſpondendo nolle vti; poſſit fiſcus eis vti, & dicere eis teſtibus fundaui meam intentionem, quia renuntiatio partis mihi obeſſe non debet, neque poteſt tollere ius mihi quęſitum. In hoc credo, quòd reo non ſufficiat ſola renuntiatio partis; ſed reus debeat ſuam innocentiam demonſtrare, & docere de falſitatem teſtium; & illos condemnari facere. & benè quidem. nam multoties fiſcus deluderetur, quia partes facta compoſitione inter ſe ſe, vterentur hac cautela renunciando teſtibus, contra quos, vti falſo laborantes, eſt procedendum omni miſericordia poſpoſita, qui. n. Dei, ſui ment, & proximi non miſeretur, neque ei miſerendum eſt. offendit enim eius lingua doloſa tres perſonas Deum. ſeipſum, & proximum. & iure merito, Magnificus D. meus Io. Ant. Zauaton. I. O. hoſce deteſtatur iudices eſſent bene cauti, & animaduerterent, ac ſequirent, profecto hoc malum diu non ſerperet, neque deberent fidere ſolis actuarijs examina teſtium, non quin notarij fideliter, & legaliter ſe habeant, ſed quia pręſentia iudicis confortat veridicos, & terret falſos. Quodam. n. numen diuinum in iudice vti Dei miniſtro, & iuſtitiæ exequutore reſidet, & fulget (Reuertendo igitur ad hanc interrogationem.) & interrogatio fieri debet, ſeu interrogari coram illo iudice, coram quo fuerunt producti tales teſtes,

Boſſ. in tit. de fal. num. 16. & ſeq.

Boſſ. tit. de fal. nu. 127.

ſtes, vel acta, vel inſtrumenta ex diſpoſitione ſtatutorum. Et hæc interrogatio ſic poſſet concipi, vide prooemium, & reliqua in actuario meo fo. 29. facta iſta interrogatione debet tranſmitti præceptum interrogando, & iubendo de forma, & exinde accuſari contumacia, & fieri pronunciatur: vt dixi in formulario ciuilium. Et ſic adimpletis adimplendis, ſi reſponderit velle vti, tunc ſi primo ciuiliter actũ fuerit adis Iudicem rerum criminalium, quem malueris, competentem * tamen. & querelans tam producentem, quam teſt. de falſo quærelat, & hinc aduertendum eſt, quod ſi Procurator produxiſſet capitula, vel inſtrumentũ, vel alia ſcripturam, vel teſtes, quòd erit interrogandus Dominus principalis ſimul cum Procuratore, & ſi principalis reſponderit velle vti, & factum Procuratoris ratum habuerit, ipſe ſolus tenebitur ſecus Procurator tenebitur. Item talis interrogatio erit concipienda in ſpecie, non in confuſo, & proteſtari velle illam partem, ſeu totam ſcripturam redarguere de falſo, ſuper qua ſit interrogatio, ſed quo ad querelantem debes præmittere narratiuam facti in libello, puta quòd cum in tali cauſa ciuili talis produxiſſet ſequentia capitula, & ſuperinde induxiſſet hos, & hos teſtes falſo ſciens tamen, tam capitula, quàm teſtes eſſe falſos, & falſa vnde interrogauit dictum. N. an vellet dicti vti capitulis, & teſtibus, ad hoc &c. & emanauit etiã præceptum interrogando, & iubendo de forma, & dictus. N. reſpondit velle vti ipſis capitulis, & teſtibus in toto, vt ex eis aſſerit propterea dictum. N. falſum commiſiſſe producendo capitula, dum in ea parte dixit ipſum Q. feciſſe, & dixiſſe tale quid, & ſimiliter produxiſſe ſcienter, & dolosè dictos N. N. teſtes ſuper eis, & dictos N. N. examinatos, dum dixerunt ipſum. Q. feciſſe, & dixiſſe tale quid, vel aliud contigiſſe, cum tamen tali die, loco, & tempore dictus. Q. non eſſet ibi, ſed in tali loco, vel tales teſtes erant alibi & non in tali loco, vel quia ex tali loco videre, vel exaudire non poterant, & prout in facto falſitas reſultabit, nam vt ſup. dixi, non ſufficit allegare crimina, in genere dicendo quòd ſunt homines malæ vitæ, fures, adulter, raptores, incendiarii, vel ſimiles. ſed neceſſe eſt, quòd crimina opponantur in ſpecie, puta quòd fecerint tale crimen, & tale furtum,

cap. 75. in vol. 1. ciuilium & vide commen. D. Carp. lucul vrbãe mar. 3. Roccha l. 4. fol. 417. verſ. repelluntur Carp. ad dic. ſta. l 6. Idẽ Carp. li 1.

Capiſius dec. 55 n.

ſurtum, vel homicidium, vel ſimile, id tamen non habet locum in oppoſitionibus, quæ fiunt ante publicationem teſtium, quia tunc ſufficit dicere illa verba generalia conſueta opponi in comparitione præuentoria, dum dicimus perueniunt à perſonis maleuolis, ſuſpectis, inimicis, infamibus, & villibus; quibus de iure non eſt credendum, prout ſuis loco. Hinc dico, quod ſi contingat teſtes aliquid deponere in fauorem proteſtantis quo vellet eos reprobare non probant, ſeu non facient fidem in eius fauoré, quia per dictam proteſtationem cenſetur declarare, ſe nolle eis fidem adhibere. Itidem producens teſtem pro ſe, non poterit illam reprobare quia per productionem cenſetur approbatus, vnde non auditur volendo illum reprobare, tamquàm ipſi contrarius, & hoc etiam ſi producatur contra eum in aliqua cauſa, & per aliam perſonam. quod tamen fallit in quibuſdam caſibus. aduertere etiam debes quod falſitas in vna parte capitali indiuiduè reddit totum capitulum falſum, & licet ſit quæſtio falſi contra teſtes, procedi tamen poterit in cauſa principali, ſecus tamen ſi mota ſit contra principalem producentem, & qui produxit teſtes ipſos, quia tunc ſuperſederi debet, donec criminalitas falſitatis fuerit expedita. ſed ſi interrogatus ad terminum præcepti interrogando, & iubendo non reſponderet, ſed pateretur contra ſe accuſari contumaciam, intelligitur nihilominus quòd nolit vti ipſis teſtibus, veluti prout interrogantis intentioni melius deſeruiet. Effectus autem huius reſponſionis eo ſpectat .ſ. ſi aduerſarius dixerit velle vti teſtibus, non poterit poſtea renuntiare teſtibus; & euitare pœnam; quæ eſt, quod probata falſitate punitur producens ad amiſſionem cauſæ, & etiam in pœnam falſi; & hactenus de falſitate ex cauſa ciuili oriente ex cauſa verò criminali, tunc ſeruatis ſeruandis, ideſt, poſt factam reſponſionem per interrogatum, proceditur ad vlteriora abſq; noua querela. vnde aliqui doctores piè conſulentes docent qualiter poterit reus interrogatus reſpondere velle vti citra periculum falſi, quòd .ſ. reſpondeat dicendo velle vti dictis teſtibus in cócurrentib. ipſum negotiũ, & fidẽ teſtium; cũ ſuis declarationib. intelligentijs, concordantijs, diſtinctionibus, limitationibus, &

2. & 5. Cl. viſis pedõ. dec. 117. n. 4. Rocca plamib. fo. 417.

Ped. deciſ. 118. n. 4.

Ped. deciſ. 19. nu. 1. Mar. in

Boſſ. ti. de fal. nume. 155. 156. 157.

ſupplettionibus dictorum teſtium, ex natura, & qualitate facti antiqui, ac qualitate perſonarum. Et in reliquis non facientibus ad cauſam ceditur eorum vſui: Item quòd poterit reſpondere velle vti dicto teſtis in tali parte, & in alia non: & aliqui conſulunt, quòd talis interrogatus conſtituat aliquem Procuratorem generalem cum libera ad reſpondendum dictæ interrogationi; quando vult reſpondere nolle vti, & quòd id faciat cautè, puta reſpondendo dicat, quia non reputo, vſui mihi hos teſtes, vel de illo inſtrumento non curo, & vſui cedo ſic.n.reſpondendo non poteſt comprædhendi ex verbis, quòd reputet inſtrumentum, vel teſtes falſos, non enim debet diffamare ſe, nec alium, nec ponere ſe, & alium in periculum. in talibus.n. multùm eſt periculoſa Iudicis ſuſpicio, ſed ſi teſtes depoſuerunt falſum extra capitulata, ſiue querelam, credo, quòd non poſſint puniri ſe de falſo. nam teſtis extra capitulata deponens, non probat, niſi iuraſſet dicere veritatem de interrogatis à Iudice.

Cap. can. 53.

Itaque procedendo ad vlteriora, tenetur citata parte, & fiſco producere eius capitula intentionis, & eis productis, ſi pars oppoſuerit, debet iterum citare partem, & fiſcum ad videndum ea admitti. In termino fit admiſſio capitulorum in forma. nam ſtatutum ſic diſponit, *Si* dari voluerint c. ad probandum ſiue ad offenſam, ſiue ad offenſam, tenetur Iudex ea admittere, & admiſſa intelligantur ipſo iure, ſaluò iure imper. & non admittendorũ tempore diſpoſitionis in fine. & ſunt aliqua capitula cõcernẽtia negatiuam coarctatam loco, & tempore: tunc ſolent Iudices addere. Ita quòd teſtes examinandi ſuper capitulis, negatiuè conducantur vnico contextu. Ratio eſt, quia ſunt ſuſpecti falſitatis, & potius creditur vni affirmanti, quam mille negantib.

Quibus admiſſis, teſtes recipiuntur per notarium cauſæ coram Iudice; & aſſiſtente vno ex fiſcalibus, licet id valde diſpendioſum, & incommodum ſit partibus adhibere fiſcalem; quia aliquando negotium protrahitur ob fiſcalium abſentiam, ſiue moram, & impedimenta; & modo fiſcales eſſent citati iudicio meo, deberet ſufficere, & reſpectu illorum teſtium, qui ſuper negatiua deponunt

vnico

vnico contextu ſunt conducendi, & examinandi, & retineantur in carceribus, donec omnes ſint examinati, ne vnus alium inſtruat, & exinde fideiuſſori dimittuntur de ſe conſignando toties, quoties, ſub pœna arbitraria Iudici. Teſtium autem ad defenſam non conſueuit delegari examen per curias, neque per litteras ſubſidiales, ſine vrgentiſſima cauſa, & Principe .i. Senatu mandante, & tunc conſueuit tranſmitti Iudex cum actuario ad recipiendum dictum talium teſtium, de iure tamen deberent dari dictæ litteræ ſubſidiales, etiam in criminalibus, ex vrgentibus cauſis, puta decrepitatis, vel infirmitatis, vel priuilegii teſtium, vel quòd teſtes ſunt in remotiſſimis regionibus. Ita vt non niſi maximo partium diſpendio poſſint adduci ad locum Iudicis, vel quando ſunt extra prouinciam, ne veritas pereat. Aduertendum eſt, quòd in criminalibus non fiunt poſitiones, neq; defertur iuramentum à parte parti in corporalibus, ſeu in pecuniarijs.

Cl. q. 26. Soc. iun. cóſ. 60. n. 11. & Men de recup. poſ. nu 362. Cl. q. 45. ver. ſed fic incidit er.

De publicatione proceſſus.

FInitis defenſionibus rei, citatur pars, & fiſcus ad videudum publicari proceſſum, & non dubitabis addere clauſulam ad videndum deferri iuramentum ſuppletorium; vt in ciuilibus, quia licet in criminalibus non deferatur tale iuramentum, quando tamen imponi deberet tantum peccuniaria pœna, non viciat. & in termino fit cóparitio petendo deferri iuramentum, & publicationem, ſi pars non contradicit; nam ſi vellet, poſſet reprobare in perſonas teſtium rei, formulam habes in meo actuario ciuili.

Cl. q. 63.

Facta iſta publicatione, licet non ſit de ſubſtantia proceſſus defenſiui, niſi adſit accuſator, ex quo acta ſunt ſemper nota Iudici, & fiſco, an poſſint adhuc recipi teſtes. Clarus optimè ſic diſtinguit. Quòd aut loquimus quando accuſator comparet in iudicio, & tunc, ſi quidem delictum eſt tale, pro quo non poteſt procedi, niſi ad quærelam partis, nullo modo Iudex debet pro accuſatore probationes aliquas inducere neque ante publicatos atteſtationes, neque poſt. & hoc, ſiue accuſator aſſiſtat iudicio, ſiue deinde factus ſit abſens. ſi verò delictum eſt tale, pro quo

q. 61.

Digitized by Google

poteſt etiam procedi ex officio, & ſic per inquiſitionem, tunc ex quo Iudex eo caſu concurrit cum accuſatore poteſt, & debet ex officio pro ipſo accuſatore teſtes recipere, & proceſſum ipſum proſequi; etiam ſi accuſator recedet. benè verum eſt, quòd poſt publicatas atteſtationes nõ debet nouas probationes inducere ad inſtantiam partis, ſiue data ſint in cedula, ſiue aliter, neque etiam ex officio, niſi ex iuxta, & magna cauſa. & quando certus eſſet nullam adeſſe subornationem, & idem etiam ſeruandum eſſe, quãdo nullus adeſt accuſator, ſed ſolus Iudex ex officio, ſiue inſtante fiſco, procedit. Aut verò loquimur in reo, & ſi quidem reus eſt præſens in iudicio; practica eſt, quòd nullo modo debet Iudex pro ipſo aliquid facere, neque vllas probationes inducere, neque ante publicatas atteſtationes, neque poſt, ſed tantum ei prouidere de idoneo defenſore, vbi ipſe non habeat, niſi quòd in procedendo, & examinando teſtes, debet omni ſtudio veritatem inquirere tã pro fiſco, quàm pro reo. ſi verò reus eſt abſens, tunc quicquid ſit de Iure communi, ex quo ſecundum communem conſuetudinem; totius mundi contumax habetur pro cõfeſſo, & conuicto, & conſequenter poteſt condemnari ad mortem, neque pro eo admittitur excuſator, Procurator, neque defenſor, & fatuus eſſet Iudex; ſi reciperet teſtes ad defenſam, pro reo abſente. & Ideò nullo modo debet Iudex aliquid facere, ſed permittere, quòd ipſo exiſtente cõtumace ſit locus condemnationi. hæc tamen omnia intellige, vt procedant, quando reus præſens vellet ſuper eiſdem capitulis nouos teſtes inducere; ſed ſuper nouis, & diuerſis capitulis, non debet repelli, quominus quandocunque ante ſententiam poſſit nouos teſtes, & probationes inducere. in cauſis criminalibus non concluditur, & eſt æquum, & rationabile, quòd vbi de vita hominis tractatur; poſſit reus quandocunque ſuas probationes, & defenſiones facere, & in tantùm id procedit, quòd ea renuntiatione non obſtante poterit ſe defendere, & Senatus conſueuit admittere ad ſe defendendum, qui renuntiauerunt defenſionibus ſuis ſpontè, ſi petatur. & id eſt iuri conſonum, nam defenſioni naturali derogari non poteſt, neq; renunciari in pœnis corporalibus, in pecuniarijs autem ſecus.

Vide tra. clauſul ti. an def. poſſit renunciari.

Facta

Facta iſta publicatione debent partes conſulere eorum advocatos, & fieri facere allegationes reducendo cauſam ad punctum. omnia exinde deferre Iudici eis allatis, Iudex debet monere eas, vel partes ipſe per citationes ſe ſe moneant ad allegan. quicquid voluerint in forma, de qua citatione dixi in actuario ciuili. ſucceſſiuè ſi eſt clarus, debet emanari cit. perhemptoriè pro expeditione cauſæ diffinitiuè, & ſic colligi per uotum per curiam., & expediri (ſi cauſa erit referenda Senatui, & dicitur in ea citatione, & ſucceſsiuè de hora, & de die in diem referri in Senatu) & in termino perhemptorij, ſiue etiam poſt, colligitur votum per curiam. quod idem eſt, quòd diffinitiuè expedire cauſam. qua in re Iudices cauti eſſe debent, & ita ferrè ſemper obſeruatur maximè in grauibus delictis, vt priuſquam votum colligant curatur, quod rei ſint in carceribus, ne fortè audito voto curiæ iuſtitiam deluderent, & ſententiam fugerent; vnde ſi non ſunt in carceribus citantur eorum fideiuſſores ad eos conſignandum ſub pœna promiſſa; & tunc in citando fideiuſſores, & principales attenditur forma obligationis contractus. nam ſi principalis promiſit ſe conſignare, & acceſſit fideiuſſor, tunc citatur ipſe, vt ſe conſignet, & præceptum debet intimari etiam fideiuſſori. ſi verò fideiuſſor promiſit ex cauſa conſtituti reum conſignare, tunc citatur ſolus fideiuſſor ad illum conſignandum, ſub pœna promiſſa aſſignat certo termino, puta infra vnam diem. idque quando promiſſio eſt facta de conſignando toties quoties, & ſic vtimur formula conſueta. Ol. q. 62.

Si verò ad certum tempus promiſerit conſignare reum, tunc citatur fideiuſſor ad allegandum quare condemnari non debeat in pœnam fideiuſſionis eo quia non conſignauit reum intra tempus præfixum, & ita ſeruandum eſſe declarauit Senatus. Ex decr. diei 10. Iunij 1586.

In termino vtriuſque præcepti poterit cōparere fideiuſſor, & proponere exceptiones quibus putet non poſſe vexari, & ſi petet terminum ad certiorandum principalem Iudex tenetur dare dilationem competentem, pro modo diſtantiæ locorum ad certiorandum principalem. aliter ſi denegeretur, & condēnaretur ipſi nulliter procederet, & Fol.

N 5 con-

L. sanci. condemnaret, nam licet purgare morá in criminalibus an-
tus C. de te ſequutam condemnationem.

ſid. & mã Poſt verò præceptum ad allegandum, ſine quo nullus
datoribus. poteſt condemnari; tranſmittitur perhemptorium ad videndum ſe condemnari, & aliquando fertur condemnatio contra fideiuſſores non conſignantes principales, pro quibus promiſerunt, qui ad eorum indemnitati conſulendum, curabunt vt in actu, quo fideiubent pro reo, promittatur de reuelando, vna cum obligatione bonorum, & curabunt etiam fideiuſſores, vt cauſæ expediantur; nam interim ſubiacent periculo fideiuſſiones. Ex quo inter os, & opham multa cadunt. & ſi reus fuerit abſolutus, non poterit vlterius moleſtari fideiuſſor; ita quòd ſi aliquis ex inquiſitis eſſet abſolutus, & poſtea inde ad annum fieret ſtatutum, quòd non obſtante quacunque libe-
Ang. ratione proceſſus præteriti reuideri poſſint, & viſo proceſſu iſtorum, fuerint condemnati, quòd fideiuſſor non tenebitur, quia ius liberationis quæſitum dicto fideiuſſori propter abſolutoriam non potuit poſtea tolli per dictum ſtatutum.

Cl. q. 62. Tunc debet Iudex diligenter conſiderare proceſſum tam offenſiuum, quàm defenſiuum, & recta trutina perpendere quid ex ipſo proceſſu reſultet, & quæ, & qualia contra reum exiſtent indicia, ſeu probationes, quæ per eius defenſiones eliſæ non fuerint. vnde ſi reus ex eis eſt plenè conuictus, vel confeſſus, debet condemnari pecunialiter, vel corporaliter, prout delictum poſtulat, ſi ſemiplena tantùm probatio reſultat contra eum, eſt torturæ ſubiacendus. ſi verò nec ſemiplenè eſt conuictus, tunc tamquàm deficiente probatione eſt abſoluendus. nam etiam in criminalibus actore, ſiue accuſatore non probante, reus debet abſolui. Sed ſi corporaliter condemnandus ſit, vel in his caſibus, in quibus imponitur pœna corporis afflictiua. Iudices non poſſunt exequi eorum ſententias. ſ. punire reos inconſulto Senatu. nam decretum ſic
✠ lib. 4. diſponit. *Nullus* officialis reos detentos, Senatu inconſulto abſoluat, vel condemnet in caſibus, in quibus pœna mortis naturalis, vel mutilationis membri, aut confiſcationis bonorum ſequi poteſt. §. quòd etiam ad officiales

pheuda-

Digitized by Google

pheudatariorum extendatur. §. hęc tamen Conſtitutio non pertinet ad iam condemnatos. nam hos cum in eorum poteſtatem peruenerint abſq; eo, quòd in Senatu referant, punire poterunt, ſed tamen contrarium ſeruatur. nam nec hi banniti puniuntur inconſulto Senatu, imò plures dimittuntur, vel quia nulliter, vel iniuſtè reperiuntur condemnati, niſi quòd eis ſtatim detentis fit eorum recognitio, mox torquentur ſuper conuerſatione in dominio, & à quibus habuerint ſcienter auxilium, & fauorem. & iſta recognitio debet fieri, vel per cõfeſſionem ipſius banniti, qui fateatur ſe talem, de quo loquitur condemnatio, vel per notos ipſius: ſed tutius fieret, ſi per teſtes proceſſus offenſiui fieret, nam tunc tollitur omnis difficultas, quia verè conſtare dicetur de identitate delinquentis. & aliud decretum ſic diſponit. *Nullus* corporaliter puniatur, niſi ex præſentibus conſtitutionibus, vel ſtatutis ciuitatum, vel locorum, à principe tamen approbatis caueatur, nec extra illos caſus, quis puniri poſſit corporaliter inconſulto principe, vel Senatu. quòd eſt conforme ſtatuto Mediolani ſic diſponenti, *Nullus* corporaliter puniatur, niſi lege municipali caueat, ſed aliàs puniatur pecunialiter arbitrio Poteſtatis, inſpectis quantitate, & qualitate delicti, & intelligatur lege municipali cautum de puniendo arbitrio Poteſtatis quem in auere, & perſona, & etiam vbi dictum ſit per hæc verba in auere, vel perſona. Et aliud *Sub* rub. qualiter poſſit inquiri, & cognoſci de maleficijs commiſſis ante introitum regiminis poteſtatis. *Poteſtas*, & eius Iudicés maleficiorum, & quiſque eorum poſſint cognoſcere de maleficijs commiſſis tempore ſui regiminis, & ante per ſex menſes, per accuſam, & denuntiationem, & etiam per officium inquiri, ſeu procedi ſecundum formam ſtatutorum communis Mediolani. De criminib. verò commiſſis ante ſex menſes ab introitu ſui regiminis, poſſit cognoſci per accuſam accuſatore legitimo exiſtente, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, & non aliter. Item aliud ſub rubrica.

Digitized by Google

Arbitrium Vicarium Domini Mediolani procedendi in Criminalibus.

VBicunque reperitur in ſtatutis, vel ordinationibus cōmunis Mediolani, data poteſtas Poteſtati Mediolani, vel eius Iudicibus, vel alteri eorum inquirendi, vel aliquo modo procedendi contra aliquam perſonam aliqua occaſione, ſit & intelligatur data Poteſtas, vel bailia cuilibet Vicario Domini Mediolani inquirendi, & procedendi vt ſupra.

Vnde Med. Iudices, referunt oretenus in Senatu, prius tamen lecto proceſſu vni Senatori, alij verò Iudices degentes extra ciuitatem referunt in ſcriptis cum ſuo voto. & in faciendo ipſas relationes cautum eſt, vt in ſummitate præmittant titulum delicti, nomen rei, item ſcribant in papiro lata dimiſſo ſpacio in margine competenti, atque pulchris, & diſtinctis caracteribus, & lineis, & breuiori oratione, quo ad fieri poterit, nihilo tamen omiſſo in contingentibus, & ſubſtantialibus ne animum, legentium offendat prolixitas, aut remoueretur obſcuritas itidem qui in voto ſuo repilogent indicia vrgentia, & exgruantia reos cum cauſa eorum voti, & debent etiam habere rationem condemnationis, vel abſolutionis expenſarum ſuccumbentis. quæ relationes reuidentur ab vno ex fiſcalibus generalibus, qui dat eius votum. deinde Senator lecturæ expedit, vel domi, ſi leue ſit delictum, vel in Senatu ſi graue ſit crimen, vel agatur de imponenda pœna mortis, vel exilio, vel triremib. vel mutilatione membri; & tunc quicquid Sen. mandabit exequi, illico exequendum erit. ſi verò remitteret Iudici, vt iuſtitiam faceret, tunc Iudices tenentur iudicare, & ſequi votum ſuum, de quo in relatione factæ principi. ſi autem mandaret (quod frequentiſſimè facit) reum torqueri pro eruenda veritate .i. pro purgandis iudicijs contra reum vrgentibus, aduertent Iudices circa verba ipſius Principis. ſ. an vtatur interrogādum in torquendis, vel torquendum, vel bene, ſeu acriter torquendum, vel interpollatis vicibus torquendum, hæc enim

Hic ordo eſt ſub an. 1556.

enim verba recipiunt diſtinctam exequutionem, de quibus ſupra dixi.

De exequutione ſententiæ.

Itaque ſi reus ſit torquendus pro veritate eruenda vno ex quatuor prædictis modis pro diffinitiua: tunc actus illius torturæ. ſic conſueuit concipi, præmiſſo tempore, & præſentia iudicis, & fiſci.

Iterum conſtitutus præf. N. & eidem delato iuramento veritatis dicendæ.

Interrogatus an debilitauerit dicere veritatem, ſi interfecit, vel vulnerauit Vitium, vel primò euaginauit enſem aliter quòd iuſſu ſuperiorum tormentis fatigabitur. Reſpondit.

Quare dicta reſponſione data, ſcilicet veritatem dixiſſe, quòd non interfecit, neque vulnerauit. T. & ſic de ſingulis.

Iuſſus fuit duci ad locum ecculei, & ibidem ſpoliari, & ligari, & dum ſpoliaretur, & ligaretur. fuit interrogatus, vt dicat veritatem, ſi interfecit T. reſpondit non interfeciſſe, & monitus quòd aliàs iubebitur eleuari in ecculeo; reſpondit ſi veritatem dixi, quare non creditis mihi, hæc eſt hora veſtra, & poteſtas. Dominus iudicabit in nationibus, cùm reuelabit abſcondita cordium fateor me iniquè pati, verum tamen vindictam meam domino, qui retribuet.

Tunc iuſſus fuit eleuari in ecculeo, & eleuatus a terra per duo brachia, vel circa fuit iuſſum apparitoribus, vt recomendent funem ad ſolitum annulum, quo per acto.

Interrogatus, vt dicat veritatem ſi interfecit Titium, reſpondit non.

Iterum interrogatus vt dicat ſi interfecit T.

Reſpondit non ah, ah, vim patior, iniquè torqueor ah morior, morior.

Monitus iterum, atque iterum ad dicendum veritatē ſi interfecit T. aliàs, quòd altius eleuabitur.

Reſpondit non interfeci. Si ſit tñ interrogandus in tormētis, poſtquā ſteterit per cōpetens ſpatiū in ecculeo, iubetur deponi, vt infra dicam. Si

Digitized by Google

Si ſit torquendus poſt ipſam monitionem,ſubditur, tūc iuſſus fuit eleuari altius, & eleuatus per brachia ſex, vel circa,& ibidem tentus,ſeu vt in facto.

Interrogatus proſequere interrogationes, & monitionem,& poſt verbum aliàs altius eleuabitur, dicto ſquaſſabitur, & accepto reſponſo iuſſus tunc fuit ſquaſſari, & ſquaſſatus, & tentus in ecculeo à terra per dicta brachia duo, clamauit hei mihi, hei mihi, ah morior, poſt hoc gemens tacuit, & poſt puſillum accepto ſpiritu fuit interrogatus,& monitus vtſ. qui reſpondit flebili, debiliq; voce ah cur me innocentem perſequimini. ſi ſit benè torquendus,vel acriter ſit monitio de eum iterum eleuando, & ſquaſſando,& dato reſponſo,eleuatur,& eleuatus interrogatur vt ſupra. & monitus exinde ſquaſſatur; ſquaſſatus, interrogatur, & ſi nihil fatetur, ſit comminatio de eum iterum eleuando, ſed non eleuatur; ſed iubetur dimitti, & ſolui. & actus ſic completur, & cum pluries, & pluries fuit interrogatus, & nil aliud fateretur, & videretur, multum pati, iuſſus fuit deponi, & ſolui, ac reduci ad locum ſuum, & ſic fuit ſolutus, & prius lacertis

Cl q. 65. accommodatis,conſignatus ad ſuum locum.

& 85. Accedit aliquando quod rei non poſſunt torqueri fune ob aliqua impedimenta corporis, propter quæ debilitari poſſent,puta quod eſſet herınioſus,vel gibbus, vel debilitatus,vel vulneratus in ſtomacho, ne vulnus re tedeſcat,tunc practica eſt,quòd iudices fieri faciunt iudicium per peritum,quem eligunt, & tunc illius periti iudicio cū iuramento ſtatur. vnde habito iudicio reūm non poſſe torqueri citra vitæ periculum,ſiue debilitationem, iubent illum torqueri igne, & ſic actus huiuſmodi poſſet ſic deſcribi,quare iuſſum fuit præparari carbonum accenſum. & eo præparato duci ad caminum ignis, vbi erat præparatus carbonus accenſus vehementer, & ſolui ſotularibus & tibiabus, & alligari clauo magno humi fixo interpoſita aſſide,& dum alligaretur dicto clauo, & poſtquam fuit alligatus, fuit interrogatus vt ſupra reſpondit. O monitus ad dicendum veritatem, aliter quòd eleuabitur aſſis, reſpondit. tunc iuſſum fuit eleuari aſſidem interpoſitam, & ea eleuata,interrogatus ſequere vtſ. de tortura. ſed debet

Digitized by Google

bet citius res expediri. nam ignis citiò agit. & poſtea iubetur interponi aſſis, & ea interpoſita interrogatur de veritate dicenda cum comminatione de eleuando aſſidem ſed non eleuatur, niſi acriter ſit torquendus, & completo actu ignis, ſeu torturæ iudices dimittunt reos, facta ordinatione.

Si autem tunc in ecculeo aliquid fateretur; debet ibidem interrogari quomodo, qualiter, quibus armis, & quibus ſociis, ſed etiam erit opus, ratificatione extra tormenta, & ei dabitur illi terminus ad allegandum, & faciendũ ſuas defenſiones contra dictam confeſſionem. ſed erit iterum monendus Senatus, qui mandabit exequi pœnam cõuenientem, & ſi eſſet iudex, qui poſſet condemnare, & exequi eius ſententiam ſine ſuperioris licentia. tunc damnabit eum pœna a iure municipali, vel no. conſt. impoſita; de quibus ſupra dixi: & eis ceſſantibus à iure communi determinatis, vnde ſecundum Clarum in caſibus ſequentibus, ingeritur pœna mortis ſ.

Abortum procurans.
Adulterium committens.
Aſcendens cum ſcalis de nocte ad domum alterius. *Cl. q. 68.*
Blaſphemantes Deum.
Carceratus aufugiens fractis carceribus.
Caſtrans ſeipſum, vel caſtrari faciens.
Cuſtos carcerum cognoſcẽs carnaliter carceratam, vel ſi eius culpa, & dolo carcerati fugiunt.
Diuidentes prædam cum barbaris.
Eximens captum de manibus iuſtitiæ.
Extrahens aliquem per vim de eccleſia.
Extrahens prò debito matremfamiliàs de domo, & ad carceres conducens.
Falſum teſtimonium dicens.
Famoſi latrones.
Hæretici, homicida.
Hoſtibus ferrum, vel arma deferens.
Imaginem Chriſti percutiens.
Incendiarii.
Iniuriam faciens officiali tempore ſyndicatus.
Iudex aliquem innocentem condemnans, aut ponens

aliquem

Digitized by Google

aliquem indebitè ad torturam.

Libelli famoſi autor.

Miles, qui in diſciplina militari deliquit.

Monialem carnaliter cognoſcens.

Mulier, quæ animali bruto ſe ſuppoſuit, aut proprio ſeruo.

Muros ciuitatis tranſcendens.

Officialis publicos prouentus ſubtrahens.

Plagiarius:

Priuatum carcerem exercens.

Proditor.

Raptores mulierum, ſacrilegi, ſeditionis author.

Seipſum occidere volens.

Seruus cum domina ſua comiſcens. ſodomita. ſacrilegi. transfuga.

Tutor, qui propriam pupillam corrupit, vaſtatores, & inciſores vinearum, venenum faciens, aut dans alicui ad occiendum.

Violatores ſepulchrorum.

Prædicta tamen habent ſuas declarationes, & limitationes, quod videbis ne errares. Cl. q. 64.

Aduertere etiam, quòd debes, capitalis pœna tribus modis accipitur. Primò pro vltimo ſupplicio. Secundò pro amiſſione libertatis. Tertiò pro amiſſione ciuitatis tantùm vnde ſi ſtatutum ſimpliciter dicat, puniatur pœna capitis, debet intelligi de exilio. Hinc videmus, quod ſtatuta in aliquibus caſibus addunt hæc verba, ita quòd moriatur, atque etiam ad euitandas huiuſmodi ambiguitates, quando fertur ſententia mortis per amputationem capitis, conſueuerunt iudices paſſim apponere illa verba, ita quòd moriatur, vel ita q̃ anima ſeparetur a corpore.

Caſus autem, in quibus imponitur pœna amputationis membri, Clarus non refert, ſed citat Gandinum. Qui Gádinus multos connumerat, ad quem recurrere poteris in rubr. de pœnis num. 12. & ſeq. q. 70. & ſeq. ad quem recurrere poteris. Si autem nil reus fateatur, tunc ſeruanda erit diſpoſitio ordinationis Senatus, ita vt ſi diſpoſuerit eſſe liberandum, vbi nil emergat, iudex poterit facere ordinationem.

Qui

Qui Dominus iudex viſo, quòd ex tortura illata tali nil emerſit, ordinauit, & ordinat eum eſſe liberandum, ac dimittendum; prout liberat, & dimittit. & ſubſcrip. à iudice, & ab vno ex fiſcalibus. ſi autem exulare deberet, debet iudex eum exulare, & illi ſtatuere terminum ad recedendum à præſenti dominio, ſub pœna arbitraria Senatui Excellentiſsimo.

Et ſi malo fato ſit puniendus, condemnat reum præſentem, deinde præfigit certum diem ad exequendum Miniſtro Iuſtitiæ L. iugulatori hominum, ſeu carnefici. Et ſi in ciuitate non adeſſet carnifex, iudex poterit ob publicã vtilitatem cogere aliquem hominem liberum, vilem tamen perſonam, eſto quòd in nihilo deliquiſſet, cui erit ſoluenda merces aureorum quinque. facta verò exequutione capitali Dux, ſatellitum facit relationem penes acta notarii cauſæ. de quo etiam carnefice facit mentionem ſtatutum ſub rubrica de remuneratione officialis, ſeu iugulatoris hominum, in hæc verba. *Menegoldus*, ſeu iugulator hominum pro iuſtitia habeat ſalarium à commune Mediolani, omni anno libras centum viginti tertiolorũ, pro mercede eius, qui habet facere pro iuſtitiis, & tormentis, & caſotis, maneriis, ſugetis, omnibus expẽſis proin de fiendis, & quòd fiat ſolutio de menſe in menſem per cameram communis Mediolani. Et ſub rubrica de remuneratione pedis amputati, & manus amputatæ. *Pro* remuneratione, & medicatura pedis, & manus amputati, vel amputatæ per commune Mediolani, non ſoluatur de auere communis Mediolani, niſi tantùm tempore amputationis, & tunc demum libr. tres tert. pro medicatura pedis, vel manus ſoluetur, & non vltra.

Cl. q. 98.

Cl. q. 100.

Quando agitur de pœnis pecuniariis ex ſtatuto impoſitis, tunc ſi fuerint per prætorem, & iudices prætorii factæ applicantur communitati Mediolani. ſi verò per Illuſt. D. Cap. Regiæ Cameræ. Ratio diuerſitatis ea eſt, quia prætor, & iudices prætori ſunt ordinarii, Illuſt. Dominus Cap. eſt delegatus à Rege, & pœnæ per delegatum applicantur Cameræ eius, à quo eſt delegatus, & ſtatutum ſub rubrica, quòd condemnationes fiant pure, & non conditione ſic. Omnes condemnationes criminales

fiant

Digitized by Google

fiant purè, & non ſub conditione, & aliter non valeant, nec exigi poſſint, niſi aliter iure municipali cautum reperiatur, & prædicta nõ intelligantur in condemnationibus, quæ fierent ſupra bannis. Item ſub rubrica de condemnationibus, & abſolutionibus duplicandis ante publicationem. *Omnes* condemnationes, & abſolutiones fiant in quaternis, & non in liſtis, ita quòd de prædictis condemnationibus fiant duo quaterni, & de abſolutionibus duo alii, antequam legantur, vnus quorum ſtet penes caneuarios communis Mediolani, & alius penes poteſtatem Mediolani, vel iudicem, qui præerit exactioni pecuniæ communis Mediolani; ita quòd quilibet poſſit habere copiam abſolutionum, & condemnationum, & quòd vnus ex caneuariis communis Mediolani interſit, quando abſolutiones, vel condemnationes legentur. ita quòd incontinenti antequam fuerit lectus vnus quaternus ipſarum condemnationum, & vnus abſolutionum ſit pœnes dict. Caneuariũ, & de eis præcisè per ſacramẽtum teneatur, & quòd vnus ex caneuariis, vel eorum officialis teneatur ſtatim ire ad accipiendum quinternum abſolutionum, & cõdemnationum, ſub pœna dicto caneuario lib. xxv. terr. qualibet vice. & nihilominus teneatur ipſas condemnationes ipſo die mandare ad cameram communis Mediolani, & ſi fuerit condemnatio, quæ in totum, vel pro parte vtilitatem communis reſpiciat, quòd ipſo iure non valeat, niſi ipſo die, quo fa ta extiterit, fuerit præſentata ad cameram, & ſcribatur ipſa dies præſentationis, ea die, qua præſentatio facta fuerit per notarium caneuariæ; de qua præſentatione niſi ſcripturæ dictorum caneuariorũ, vel alicuius eorum, non adhibeatur fides, nec probari poſſit, & iudex teneatur conſeruare commune Mediolani indemne occaſione ipſorum condemnationum, quæ fuerint nullæ propter negligentiam, vel malitiam eius, idem intelligatur, & fiant in officiali; qui habuerit facultatem faciendi condemnationes criminales, & ſi Poteſtas, vel alius exercens iuriſdictionem fecerit contra prædicta, qđ ipſo iure contrafaciens incurrat pænam librarum centum tertiolorum qualibet vice, & quòd nullæ condemnationes criminales poſſint, nec debeant exigi, niſi conſignatæ, &

repertæ

Digitized by Google

repertæ fuerint ad cameram communis Mediolani vtſ. & hoc ſub pœna prædicta, & banno, ſaluò quòd hoc ſtatutum non habeat locum in aliquibus condemnationibus faciendis per aliquos ſyndicatores, qui electi fuerint ad ſyndicandum D. Poteſtatem, vel aliquem alium, qui habuerint iuriſdictionem in ciuitate Mediolani, & aliud ſub rubrica de quibus condemnationibus non poteſt cognoſci. ſic

De condemnationibus factis ſecundum formam ſtatuti incipientis. Poteſtas Mediolani, nec eius iudices, nec aliquis alius Magiſtratus, &c. poſtquam fuerint ad cameram, non poſſit, nec debeat per dominum Poteſtatem, nec eius iudices, nec alios exercentes iuriſdictionem in ciuitate, vel Ducatu Mediolani, cognoſci, nec aliquid ſuper ipſis ſcribi per quòd ipſæ condemnationes lædantur. vel earum exactio tollatur, vel diferratur. prædicti tamen Magiſtratus, qui dictas condemnationes, fecerint iniuſtè, teneantur, & debeanr reſtituere damna, & intereſſe condemnato indebitè per hoc ſtatutum intelligatur derogatum officio exgrauatoris. (Conſtitutiones etiam circa hanc indebitam condemnationem pecuniariam ſic diſponunt. §. *Cum* autem criminales cauſæ, & quæ in eis incidunt, maximi ſint momenti, & plerumque prȩiudicium irreparabile parare ſoleant, ſitq; per ordines priſcos huius dominii ſublata omnis appellatio, reclamatio, aut quærela à ſententiis, & actis, quæ ſuperinde feruntur, & fiunt, operæ pretium viſum eſt, ſubditis conſulere, vt fortè ſi iudices ordinarii, aut delegati, ſiue feudatarii, & eorum officiales iniquè, & perperam contra eos agunt, vt Senatus huiuſmodi cauſis criminalibus audiendis, & pertractandis incumbat quærimonias tàm contra iudices ordinarios, aut delegatos, quàm contra priuatos, aut feudatarios, & eorum officiales audiat, ſiue de pœnis corporalibus, ſiue pecuniariis, aut bonorum confiſcationibus nondum declaratis tractetur, ſiue etiam de mulctis per ordinarios, aut delegatos factis, aut tranſmiſsis agatur, ſuper quibus ſancimus oppreſſis, & indebitè mulctitatis p Senatũ prouideri, & ſuccurri, ea tamen lege, quòd iudices, qui indebitè mulctauerint, ipſi inquiſiti mulctã fiſco ſoluant, &c.)

De

De eodem.

DE condemnationibus factis, & fiendis per Poteſtatē communi Mediolani, vel eius iudices, occaſione maleficii ſecundum formam ordinamentorum communis Mediolani, non poſſit cognoſci per Poteſtatem, nec eius iudices, vel ſucceſſores per viam actionis, & hoc capitulum non poſſit mutari.

A quibus ſententijs criminalibus non poſſit appellari.

NON poſſit appellari ab aliqua ſententia, ſeu ſententiis lata, ſeu latis in cauſis criminalibus criminaliter deciſis. hoc idem Nou. Conſtitutionum ſic diſponentes à ſententia lata in cauſa criminaliter mota, & criminaliter deciſa, ſiue interloquutoria, ſiue diffinitiua ſit, etiam reſpectu intereſſe partis in ea ſententia compræhenſi, non poſſit per quempiam appellari querelari, nec de nullitate dici, nec in integrum reſtituto peti, nec alio iuris remedio uti, ſed exequutioni mittatur. §. poſsit tamen haberi recurſus ad Principem, vel Senatum, qui ſecundum qualitatē caſuum prouidebit. §. Sed quis aliquādo contingit, quòd damnari per ſententiam in contumaciam latam omni remedio deſtituti ad Senatum confugiunt vt ſupra, vt omnibus modis ſibi ipſis conſulant, petendo litteras ad nouas defenſiones, & reuiſiones eiuſdem ſententiæ, vel ex longo interuallo poſt ſententiam expectata interdum more teſtium, & perſonarum de crim. informatarum etiam per eos prius obtenta pace ab offenſis, vt his artibus ſententiam elidant, & impuniti remaneant. ea propter ſancitum eſt Senatum noſtrum diligenter animaduertere debere antequàm has litteras concedant, naturam criminis, indiciaq; ac diuturnitatē temporis poſt ſententiam conſiderare, & an in petente calumnia ſit ſecundumq; qualitatem caſuum eas litteras quandocunq; concedere, vel denegare. §. non intelligantur tamen litteræ

teræ præd. ad nouas defenſiones habere effectum, quoad bona lapſo anno à die ſententiæ. §. conceſſis per Senatum his litteris ad nouas defenſiones, iudices contra reum ad quæſtiones, & torturam, non deueniant Senatu inconſulto, ſed referant iuxta ordines. §. hæc conſtitutio etiam ad condemnationes pecuniarias pertinet intra tamen annum à die ſententię numerandum. Adde ſequẽtia ſtatuta, quę omiſeram in prima parte.

Quòd bannitus ſoluta condemnatione cancelletur de banno.

SI quis fuerit bannitus, vel condemnatus ex aliquo delicto, vnde non ingeratur pœna ſanguinis, quòd ipſo ſoluente, ſeu ſatisfaciente dictam condemnationem eximatur, & cancelletur de dictis banno, & condemnatione, ſed ſi fuerit bannitus tantùm, & non condemnatus ipſo bannito ſoluente id, quod ſoluere deberet, ſi condemnatus fuiſſet ſecundum formã ſtatutorum cancelletur de ipſo banno, & vlterius non procedatur ad aliquam condemnationem, quæ condemnationes, & cancellationes fiant, & fieri poſſint per notarios præſidentes ad dicta officia ẽt abſque alterius præcepto, oſtenſa tamen confeſſione ſolutionis, & vicarius deputatus ad officium prouiſionum ſuper hoc requiſitus teneatur facere præceptum de cancellatione ipſius banni fiendi, & quotieſcunque requiſitus non fecerit dictum præceptum incidat in pœnam librarum centum tertiolorum pro qualibet vice.

Quòd proceſſus, & condemnatio fact. contra illum qui ſoluit, vel paruit, non valeat.

OMnis proceſſus, & condemnatio factus, vel facta, vel qui, vel quæ de cętero fieret contra aliquam ſingularẽ perſonã, vel vniuerſitatẽ pro eo ꝙ ipſa ſingularis perſona, vel vniuerſitas non debuerit ſoluiſſe, quæ reperiatur ſoluiſſe ante cõdemnationem, & proceſſum factum,

vel factam,ſit nullus,& nulla ipſo iure,& ſine aliqua præſtatione pecuniæ cancelletur de libris, & actis communis Mediolani,& expenſas, quas feciſſet illa perſona, vel vniuerſitas condemnata,vel contra aliquem proceſſus factus eſſet poſt ſolutionem factam,ſibi omnibus modis reſtituātur incontinēti per illum, vel illos, qui eas expenſas recepiſſet indebitè, & ad reſtitutionem ipſarum expenſarū compellantur per illos iudices, qui ſunt, vel erunt illi officio,ſine libelli datione, & ſummariè ſine aliquo ſtrepitu iudicii,idem fiat,& obſeruetur de qualibet perſona ſingulari,& vniuerſitate,quæ nihil debeat communi Mediolani,contra quam fieret aliquis proceſſus,vel cui aliquæ expenſæ auferentur,& ſi aliqua cōdemnatio facta fuerit per contumaciam, vel per inobedientiam aliquam, eo quòd quis non fecerit id,quod facere debeat,& reperiatur eum non fuiſſe contumacem,ſed obtemperaſſe ſiue feciſſe,quod facere debebat,quòd illa condemnatio ſimiliter non valeat,& ſit nulla ipſo iure,nec exigi poſſit aliquo modo, & & hoc non obſtante ſtatuto, quod loquitur de condemnationibus non cognoſcatur, poſtquàm fuerint ad cameram.

De tempore infra quod Poteſtas teneatur punire, vel relaxare bannitos, & captos pro maleficio.

SI quis bannitus de maleficio in fortiam Poteſtatis, & communis Mediolani peruenerit, teneatur Poteſtas com. Mediol. infra menſem 1. condemnare, vel relaxare ipſum bannitum. ſi verò aliquis fuerit captus pro aliquo maleficio,qui non ſit bannitus de maleficio, & peruenerit in fortiam Poteſtatis, & communis Mediolani, teneatur Poteſtas,qui per tempora fuerit,eum abſoluere, vel condemnare,de quo maleficio,vel maleficiis,pro quo,vel quibus captus fuerit, infra menſes duos,ex quo fuerit in ſua fortia,& qui contrafecerit, condemnetur in libris quinquaginta tertiolorum qualibet vice.

De

Digitized by Google

De arbitrio conceſſo Poteſtati, & qualiter.

COnceſſo arbitrio D. Poteſtati Mediolani, vel alicui alii iudici, ſeu officiali communis Mediolani non intelligatur illud arbitrium eſſe conceſſum, niſi per menſem vnum tantùm, saluò quòd ſi videbitur pro meliori, quòd poſſit prorogari per vnum alium menſem continuū & ſic de menſe in menſem, & etiam arbitrio dato, & conceſſo vtſ. non intelligatur habere arbitrium quominus teneatur facere copiā inquiſitionis, ſeu accuſæ, & dicti accuſati, ſeu illius, contra quem inquiritur, & teſtificationū teſtium, ſecundum quod in ſtatutis communis Mediolani continetur, & quòd non poſſit aliquis ſubiici tormentis niſi indiciis pręcedētibus, & quod non poſſit aliquem detinere occaſione criminis, ex quo pœna ſanguinis non ingeratur, ſi paratus fuerit ſatiſdare ſecundum formam ſtatutorum communis Mediolani, & quòd non poſſit punire aliquem corporaliter, niſi ſecundum formam communis Mediolani, & ſi contra prædicta proceſſum, vel cōtrafactum fuerit, non valeat, nec teneat ipſo iure, & inſuper, qui contra prædicta fecerit præpoſitum, condemnetur, & pro condemnato ipſo iure habeatur in lib. quingentis tertiolorum, & conſulens, ſeu arenghatens contra prædicta in lib. centum tert. & quod non admittatur ad petitionem ſui iuris ex tunc ad annos 10. qualibet vice toties quoties contrafactum fuerit, & Poteſtas, vel Iudices, vel alii officiales, qui prædicta, vel aliquod prædictorum non obſeruauerit, condemnentur, & pro condemnata habeantur in libris centum tertiolorum qualibet vice, saluò quòd per hoc ſtatutum non derogetur alicui ſtatuto, per quod in ſpecialibus caſib. detur arbitrium Poteſtati Mediolani, vel eius Iudicibus.

Quòd condemnationes, & abſolutiones fiant in conſ. vel in Broleto, vel ad arengheriam.

OMnes condemnationes, & abſolutiones, quæ fient p D. Poteſtatem, & quemlibet iuſdicentem in ciui-

tate Mediolani in caſibus maleficiorum fiant in conſilio publico, vel in Broleto nouo communis Mediolani, ad arrenghariam, ſub pœna librarum quinquaginta tertiol. quæ non habeant locum in vicariis communis Mediolani reddentibus ius in curia Domini Mediolani.

Quòd in condemnationibus ponatur nomen, & cognomen cõdemnati, & patris, & fideiuſſoris.

IN qualibet condemnatione, quæ de cętero fiet per Iudicem debeat ſcribi nomen, & cognomen condemnati, & patris eius, & fideiuſſoris, & contrafaciens condemnetur in lib. vigintiquinque tert. qualibet vice, & vltra cõdemnans teneatur conſeruare commune Mediol. indemne occaſione illius condemnationis, quæ non habeat locum in foraſteriis, nec in illis, de quibus iudex inueſtigauerit, & ſcire non potuerit.

De condemnationibus, & proceſſibus factis in comitatu Mediolani præſentandis ad Cameram.

OMnes condemnationes, & abſolutiones, quæ fient per officialem, qui præeſt, vel præerit in comitatu ad officium proſequutionis maleficiorum, ſeu tenſæ comitatus, & prohibitionem, ſeu cuſtodiam victualium, quæ conducerentur contra vetita, vel per quemcunque alium à lib. tribus tert. ſupra, præſententur ad cameram communis Mediol. inf. quintam dĩe, ex quo factæ fuerint, & ita fiat, & obſeruetur, vt de aliis condemnationibus, & abſolutionibus, quę fiunt per Poteſtatem, ſub pœna ipſi officiali lib. centum tertiolorum, & conſeruandi commune Mediolani indemne, & quamlibet aliam perſonam indemnem. Item teneatur ſingulis ſex menſibus conſignari facere ad Cameram communis Mediolani omnes proceſſus criminales gubernatori librorum dicti cõmunis

Digitized by Google

vt tenetur Poteſtas. Item teneatur quilibet habens proceſſus condemnationes, & abſolutiones prædictorum, vel alicuius eorum temporis præteriti ipſos, & ipſas conſignare ad cameram communis Mediolani gubernatori librorũ infra menſem vnum à publicatione præſentium ſtatutorum, ſub pœna librarum ducentarum tert. & conſeruandi indemne commune Mediolani, & quamlibet aliam perſonam ea occaſione.

De expenſis.

IN Criminalibus etiam cauſis habenda eſt ratio expenſarum. vnde decretum ſic diſponit. *Si quis* quempiam calumnioſè detulerit, vel accuſauerit, aut notificauerit, condemnetur in expenſis in duplum parti reſarciendis eadem ſententia, quia reus abſoluetur vltra pœnas à iure inflictas, ſtatuta autem Mediolani ſic. *Si quis* aliquem accuſauerit, vel denuntiauerit coram aliquo iuſdicente de aliquo crimine, & ipſam accuſam, ſeu denuntiationẽ proſequutus fuerit vſque ad ſententiam, ſi lata fuerit ſententia abſolutoria, talis accuſans condemnetur in libr. 50. ter. ſi accuſatio, vel denuntiatio fuerit de crimine, ex quo pœna ſanguinis ingeratur in lib. x. tert. ſi fuerit de crimine, ex quo pœna ſanguinis non ingeratur, & in vtroque dictorum caſuum condemnetur talis accuſator, ſeu denũtiator in expenſis accuſato, ſeu denuntiato, quarum pœnarum medietas perueniat in commune Mediolani, & alia in accuſatum, vel denuntiatum, & ſi plures accuſauerit, vel denuntiauerit etiam in eadem accuſatione, vel denuntiatione, & proſequutus fuerit vtſup. & lata fuerit ſententia abſolutoria vtſup. condemnetur pro quolibet accuſato, ſeu denuntiato congruè referendo, & in expenſis vtſ. *Cla. q. 62.* ✠ ✠

Clarus autem tangendo hunc articulum, ait duplicem eſſe calumniam veram .ſ. & præſumptam veramque dici, quando quis ſciens, aut ſcire debens aliquem eſſe innocentem, proponit contra eum accuſationem, aut querelam. præſumptam autem eſſe quando accuſator non probat delictum, vel quando cæptum eſt iudicium, ab accuſatione deſiſtit, & in hoc caſu raro, vel nunquàm ſolet accuſator *q. 62.*

in expe-

Digitized by Google

in expenſis condemnari; ne querelantes metu huiuſmodi condemnationum deterreantur ab accuſando, & delicta impunita remaneant. primò verò caſu in vera calumnia, tunc diſtinguendo ait, quod aut Iudex proceſſit ſimpliciter ſuper querela partis, & debet accuſator calumnioſus condemnari in expenſis, & damnis, aut ſimpliciter ex officio; & ſic ſolummodo inſtante fiſco, & tunc non debet procurator fiſci, neque Iudex condemnari in expenſis, quia lex de ipſis officialibus benè præſumit: aut procedit ex officio, ſed alio inſtigante, vel procurante inquiſitionem, & & tunc talis promotor, ſiue inſtigator, ſi verè fuerit calumniatus, pariter condemnetur in expenſis, & quotieſcumque reus in diffinitiua fatigatur tormentis pro eruenda veritate, numquàm delator, ſiue accuſator condemnatur in expenſis, quia illa tortura infertur reo ad purgandum indicia contra eum vrgentia, & ſic præſuppoſito reum ſaltem ſemiplenè probaſſe, ſed ſi quis fuit abſolutus, & nil
q. 62. dictum de expenſis, an victus victori condemnatus ſit in expenſis. Clarus ponit pro, & contra diſputantes, & exinde reconciliando eos, facit diſtinctionem, & cōcluſionem, de qua ſup. ſcripſi.

Supereſſet tractare de remedijs, quæ competunt ex ſola
Vide decr. clementia Principis poſt condemnationem ſequutam in
Se. diei præſentem, ſiue in contumaciam. ſ. de remedio gratiæ; &
26. Oct. remedio admiſſionis ad nouas defenſiones, quæ modo à
1548. cir. die condemnationis intra biennium concedendæ ſunt ex
ca eos, qui ordine Regio, & ſimul in materia ſyndicatuum qualiter
sūt admiſ- ſit procedendum, verùm quoniam mei inſtituti non eſt de
ſi ad nouas his modo tractare concludam gratias agendo Deo Opti-
def. quo mo Maximo, cui libertati à delicto inſtar eorum, qui exu-
ter. com- ti mortalitatem liberati à periculo inferni, gratias agere
parere de- poſſunt, cum Propheta dicente his verſibus.
beant.

Niſi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael.

Niſi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiſſent nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intollerabilem.

Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Bene-

Digitized by Google

Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram. cui ſit honor, gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Si quid erratum; eſt illud,& me ipſum ſubiicio cenſuræ ſuperiorum, & melius ſentientium.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google